QUOD PERSONE EXCEPTE IN EORUM PREROGATIVA, ETIAMSI HABENT? AD PLURA BENEFICIA, SOLUM QUOAD UNUM BENEFICIUM EIS PREFERANTUR[a].

Item voluit observari in gratiis per ipsum[b] concessis et etiam concedendis quibusvis personis[c] de pluribus beneficiis assequendis in una civitate, diocesi vel provincia[d] aut pluribus sive ad plurium collationes usque ad certam taxam sive valorem, etiamsi de personis essent[e] in prerogativa dicte universitatis[f] concessa exceptis, quod per hoc nullum preiudicium eis nec alteri ipsorum generetur aut in aliquo derogetur nisi quoad unum beneficium tantum, si de personis exceptis fuerint, canonicatu et prebenda, dignitate, personatu[g] vel officio in eadem ecclesia pro uno beneficio computato[h].

Concessum in omnibus, ut supra, F‹ranciscus› de Montepoliciano[i1].

---

[1] *Franciscus de Montepoliciano.*

---

[a] Quod - preferantur *Köln 25b*
[b] per ipsum *fehlt Berlin 861(b)*
[c] personis *fehlt VL 6165*
[d] provincia *PL 647, VL 4990, VL 6165, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Wien 5102* patria
[e] essent *fehlt Paris 318, Paris 14457(a)*
[f] dicte universitatis *Berlin 861(b), PL 647, VL 4989, VL 4990, VL 6165, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Paris 318, Paris 14457(a+b), Wien 5102* dictis de universitate
[g] personatu *PL 647* persona
[h] computato *Paris 318, Paris 14457(b)* computatis
[i] Concessum - Montepoliciano *fehlt Paris 318, Paris 14457(a+b);* Franciscus - Montepoliciano *fehlt Berlin 861(a)*

**79.** (HO 7(2))

Ceterum volumus et apostolica auctoritate decernimus, quod presentes littere ad probandum plene[a] declarationes, prerogativas, constitutiones et ordinationes ac statuta predicta ubique sufficiant nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Decernimus etiam ex nunc irritum et[b] inane, quidquid in antea contra declarationes, prerogativas, constitutiones, ordinationes ac statuta huiusmodi a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre voluntatis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum[c]. Datum Rome apud Sanctum Petrum, VII idus ianuarii pontificatus nostri[d] anno secundo[1].

Gratis de mandato domini nostri pape.

B. de Montepoliciano[e].

[1] *1412 Januar 9.*

[a] plene *VL 4989* pene
[b] irritum et *fehlt VL 4989*
[c] Nulli - incursurum *fehlt VL 4989*
[d] ianuarii - nostri *VL 4989* aprilis
[e] Gratis - Montepoliciano *fehlt VL 4989, Paris 14457*

## **80.** (HO 18)

ISTAM REGULAM NON REPERI IN CANCELLARIA PUBLICATAM[a].

Item sanctissimus dominus noster, VIII kalendas octobris pontificatus sui anno tertio[1], statuit, quod, quicumque vigore gratiarum expectativarum quecumque beneficia ecclesiastica acceptaverint, teneantur infra duos menses a tempore acceptationis huiusmodi sibi vigore gratiarum[b] huiusmodi facere provideri quodque de beneficiis sit(is) in Italia - Romana curia in Italia residente - infra tres menses, in Hispania vero, Anglia, Hibernia, Scotia, Dacia et aliis remotioribus regionibus[c] etiam ultra mare infra[d] sex, in ceteris vero regionibus infra IIII[e] menses a tempore provisionis huiusmodi teneantur acceptationes et provisiones huiusmodi in locis beneficiorum ipsorum aut alias publicare secundum formam iuris, quod ad notitiam illorum, quorum interest, perveniat vel sit de iure verisimile pervenire, alioquin omni iure et commodo acceptationum et provisionum huiusmodi privati sint et careant ipso iure.

[1] *1412 September 24.*

[a] Istam - publicatam *Berlin 861*
[b] gratiarum *Berlin 861* gratiis
[c] remotioribus regionibus *Paris 14457* revocationibus regnis
[d] infra *fehlt Paris 14457*
[e] IIII *Paris 14457* quattuor

## **81.** (OT 58)

VALIDATIONES, SUPPLETIONES, REFORMATIONES NON TOLLUNT IUS COMMUNE[a].

Item, quia[b] plerumque super gratiis, que a[c] prefato domino nostro de beneficiis ecclesiasticis vacantibus aut certis modis vacaturis obtinentur, seu eorum concessionibus aut litteris[d] solent validationes defectuum, suppletiones[e] et alie varie reformationes[f], per quas errores vel impedimenta tollantur, sub earundem gratiarum concessionum sive litterarum prioribus datis per importunitatem aut alias etiam lite super talibus beneficiis mota seu pendente impetrari, idem dominus noster ad iuris alieni conservationem[g], Rome, die XVI novembris

pontificatus sui anno tertio[h1], in consistorio publico sollemniter declaravit, quod[i] per[j] tales validationes, suppletiones[k] seu reformationes[l] sic obtentas vel obtinendas, quibus cessantibus gratie concessiones seu littere ipse effectum sortiri non possent, non intendit illis[m], quibus forsan alias ius in huiusmodi beneficiis, cuiuscumque qualitatis sive speciei existant, competeret aut competere[n] posset, preiudicare quovis modo, quinimo voluit idem dominus noster et etiam ordinavit, quod in hoc casu validationes, suppletiones[o] et reformationes[p] huiusmodi locum et robur dumtaxat habeant a[q] die[r], qua constabat eas fuisse in signatione expeditas, Io‹hannes› Ostiensis[s2].

---

[1] *1412 November 16.*
[2] *Johannes de Broniaco*.

---

[a] Validationes - commune *Berlin 861; Köln 25b* De reformationibus et „Perinde valere"
[b] quia *Paris 1461* quod
[c] a *fehlt Wien 5474*
[d] litteris *VL 2665* bonis
[e] suppletiones *VL 2665, VL 6165* supplicationes
[f] reformationes *VL 6165* informationes
[g] conservationem *VL 2665* confirmationem
[h] tertio *PL 647* III
[i] quod *Wien 5102* quem
[j] per *fehlt VL 2665*
[k] suppletiones *VL 6165* supplicationes
[l] reformationes *VL 6165* informationes
[m] illis *Berlin 861(b), VL 6165, Heiligenkreuz 268, Paris 14457(a+b), Wien 5102, Wien 5474* aliis
[n] alias ius - competere *fehlt Wien 5474*
[o] suppletiones *PL 647, VL 4990, VL 6165* supplicationes
[p] reformationes *VL 6165* informationes
[q] validationes - a *Wien 5474* et
[r] *Berlin 861(a) folgt* date
[s] Iohannes Ostiensis *fehlt PL 647, VL 2665, München 15601, Paris 1461, Paris 14457(a); Berlin 861(a), Paris 14457(a) folgt* Ita est in libro Cancellarie, Io‹hannes› Ostien‹sis›

### Die mercurii[a] decima[b] mensis[c] maii pontificatus domini[d] nostri pape anno tertio[e1] fuerunt presentes[f] regule in Cancellaria date[g]

---

[1] *1413 Mai 10*.

---

[a] mercurii *fehlt Paris 1461*
[b] decima *VL 6165, Köln 25b, Paris 1461* X
[c] mensis *fehlt Paris 1461*
[d] domini *fehlt Berlin 861*
[e] tertio *VL 6165* III*; Paris 1461* 3[o]
[f] presentes *VL 6165* publicate*; Köln 25b* presentate
[g] Die - date *Berlin 861, VL 6165, Köln 25b, Paris 1461;* date *fehlt VL 6165, Köln 25b*

**82.** (HO 8)

QUOD CAUSE BENEFICIALES PARISIENSIUM REMITTANTUR PARISIUS[a].

Sanctissimus dominus noster dominus[b] Iohannes papa XXIII, die secunda[c] mensis[d] maii pontificatus sui anno tertio[e1], voluit et statuit, quod cause beneficiales pendentes in Romana curia in prima instantia citra[f] conclusionem contra quecumque supposita universitati[g] studii Parisiensis in eodem studio residentia et studentia, etiamsi ad Romanam curiam pro dictarum defensione[h] causarum venerint, que cause moventur contra ipsa supposita defendentia ratione[i] beneficiorum provenientium[j] vel que pretendunt eis provenisse vigore gratiarum expectativarum factarum per dictum dominum nostrum in rotulo dicte universitatis, remittantur Parisius ad iudices ibidem per eundem dominum nostrum super causis similibus ex prefato rotulo provenientibus deputatos cognoscende et terminande secundum formam litterarum dicti domini nostri prefatis iudicibus directarum. Voluit etiam et statuit idem dominus noster, quod, si[k] in aliqua dictarum causarum lata fuerit prima diffinitiva sententia, que preter appellationem fuerit[l] revocata et in statum ante conclusionem cause reposita, talis causa etiam in prima instantia censeatur, et, ut premissum[m] est, remittatur.

[1] *1413 Mai 2.*

[a] Quod - Parisius *Köln 25b*
[b] dominus *fehlt Paris 14457(b)*
[c] secunda *PL 647, VL 6165, Köln 25b, Paris 14457(b)* II
[d] mensis *fehlt Paris 1461*
[e] tertio *Paris 14457(b)* III
[f] citra *Berlin 861, VL 6165, Paris 1461* circa
[g] universitati *Paris 14457(b)* universitatis
[h] pro - defensione *Paris 14457(a)* predictarum defensionem
[i] ratione *Paris 14457(a)* Rome
[j] provenientium *PL 647* promoventium
[k] si *fehlt Paris 14457(a)*
[l] fuerit *fehlt Paris 14457(a)*
[m] premissum *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* promissum

## **83.** (HO 9(1))

De causis beneficiorum non excedentium C librarum regni Francie remittendis Avinione[a].

Item[b], cum idem dominus noster per alias suas litteras in favorem regis Francie illustris et delphini Viennensis atque degentium in dictis[c] regno et Delphinatu voluerit et statuerit, quod cause beneficiales ex tunc in antea movende super beneficiis consistentibus[d] in dictis regno et Delphinatu, quorum fructus etc. centum[e] librarum Turonensium secundum taxationem decime valorem annuum non excedunt[f], in Avinione tractentur et fine debito terminentur[g] per iudices super hoc deputatos vel deputandos, prout in dicti domini nostri[h] litteris super hoc confectis continetur.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

---

[a] De - Avinione *Köln 25b*
[b] Item *Paris 1461 folgt* quod
[c] dictis *PL 647* diocesibus
[d] ex - consistentibus *fehlt Paris 14457*
[e] centum *Köln 25b* C
[f] excedunt *Berlin 861* excedat
[g] et fine - terminentur *fehlt Paris 1461*
[h] nostri *fehlt Berlin 861, VL 6165, Heiligenkreuz 268, Wien 5102*

## **84.** (HO 9(2))

Idem dominus noster voluit et mandavit, quod auditores et iudices in Romana curia constituti super causis ratione beneficiorum predictorum consistentium[a] in dictis regno et Delphinatu admittant exceptiones de non excessu valoris predicti C[b] librarum ad finem remissionis[c] ad dictum locum Avinionensem et iudices ibidem constitutos[d], et, si de illis constiterit, causas ipsas remittant ad locum[e] et iudices antedictos.

---

[a] consistentium *Berlin 861, VL 6165, Heiligenkreuz 268, Wien 5102* consistentes
[b] C *PL 647, VL 4990, VL 6165, Heiligenkreuz 268, Paris 1461, Paris 14457, Wien 5102* centum
[c] remissionis *VL 6165* remissum
[d] *Paris 1461, Paris 14457 folgt* vel constituendos
[e] Avinionensem - locum *fehlt Berlin 861*

## **85.** (HO 10)

QUOD ORIUNDI DE REGNO FRANCIE ETC. PREFERANTUR ALIIS IN EQUALI DATA ETC.[a]

Item voluit et statuit, quod in assecutione beneficiorum regni Francie et Delphinatus vigore gratiarum expectativarum oriundi de regno vel Delphinatu aut graduati in aliquo generali studio dicti regni et servitores, consiliarii ac familiares regis, regine, primogeniti vel alicuius principis dicti regni, etiamsi de regno non fuerint oriundi, ceteris aliis, qui non sunt de regno vel Delphinatu oriundi, in equali data preferantur et quod super hoc dentur littere sub sigillo domini[b] vicecancellarii.

---

[a] Quod - etc. *Köln 25b*
[b] domini *fehlt Berlin 861*

## **86.** (HO 11)

QUOD COLLATORIBUS REGNI FRANCIE CONCEDATUR COMPETENS FACULTAS CONFERENDI BENEFICIA[a].

Item voluit idem dominus noster, quod omnibus et singulis ordinariis collatoribus et collatricibus seu presentationem[b] aut aliam dispositionem beneficiorum dicti regni et Delphinatus

habentibus[c] concedatur petentibus bona et sufficiens facultas - attenta quantitate beneficiorum apostolica auctoritate conferendi - beneficia ad suam collationem, provisionem, presentationem seu quamvis aliam dispositionem pertinentia seu alias providendi, prout ad eos ordinario iure pertinet, alternatis vicibus cum expectantibus ipsa beneficia eadem auctoritate, ita quod uni expectanti primo loco provideatur, ordinarius[d] autem secundo[e] loco conferat, presentet aut alias disponat, prout ad eum iure ordinario pertinet, et sic[f] consequenter[g] alternative, exceptis venerabilibus fratribus suis sancte Romane ecclesie cardinalibus, protonotariis etc., salvis etiam concessionibus et prerogativis ab eodem domino nostro concessis.

---

[a] Quod - beneficia *Köln 25b*
[b] presentationem *Paris 1461* presentantibus
[c] habentibus *Paris 14457* habentis
[d] ordinarius *PL 647, VL 4990, VL 6165, Heiligenkreuz 268, Köln 25b* ordinariis
[e] secundo *PL 647* 2[o]
[f] sic *Wien 5102* si
[g] consequenter *Paris 14457* obsequentur

## **87.** (HO 12)

De summa exigenti pro huiusmodi litteris facultatum[a].

Item voluit et ordinavit, quod pro[b] singulis facultatum predictarum litteris ultra XV florenorum de Camera summam nihil[c] omnino exigatur.

Die mercurii decima maii pontificatus domini nostri pape anno tertio[1] fuerunt presentes regule in Cancellaria date[d].

---

[1] *1413 Mai 10.*

---

[a] De - facultatum *Köln 25b*
[b] pro *fehlt Paris 1461*
[c] nihil *fehlt PL 647, VL 4990*
[d] Die - date *fehlt PL 647, VL 4990, VL 6165, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Paris 1461, Wien 5102*

## **88.** (ME 15)

Intitulatio prerogativarum concessarum universitati studii Parisiensis[a].

Ad vestram sublimitatem, pater sanctissime, presentem rotulum cum infrascriptis supplicationibus transmittit[b] filia vestra primogenita vestre quoque paterne sanctitatis devota penitus universitas magistrorum studii Parisiensis, cui[c] enim laboribus et tenuitate ipsius[d] animadversis apud felicis recordationis Alexandrum papam V[e] eiusmodi[f] signationem amplissimam vestro[g] interveniente auxilio fuisset consecuta[h], que hora prearripuit extrema,

priusquam dictus rotulus effectum sortiretur. Fas est enim filie vestre sperare gratiam maximam a vestra munificentissima sanctitate concessam, que omnibus beneficiis quibuscumque promotionibus et universis utilitatibus suis ecclesie commoda semper voluit anteponere neque desistere instituit, donec uni indiviso capiti summo pontifici[i] omnia ecclesie membra cohereant sic, quod[j] consumata pax habeatur reverentiam quoque[k] debite obedire istius rotuli presentatione sanctitatis vestre celsitudini offert supplex[l] filia vestra prefata, quam pro parte[m] ipsius venerabiles viri Nicholaus Canathi, Guillelmus de Hetot professores in sacra pagina, Iohannes Gineti decretorum doctor, Petrus Cardonelli medicine magister, Gervasius Clerici, Iohannes Ladorec, Henricus de Fontaniis et Guillelmus Bloth in facultate artium[n] et in theologia baccalarii ad sanctitatem vestram legati explebunt, quos benigne suscipere, placide[o] audire et eorum dictis fidem addere[p] dignetur eadem sanctitas vestra atque infrascriptas illi rotulo supplicationes exaudire, prout etiam petitur, concedere et litteras apostolicas super eisdem expediri mandare cum prerogativis subscriptis et clausulis[q] opportunis, ut in forma.

---

[a] Intitulatio - Parisiensis *VL 6165, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Wien 5102*
[b] *Köln 25b folgt* humilis
[c] cui *Köln 25b* cum
[d] ipsius *fehlt Heiligenkreuz 268, Wien 5102*
[e] V *VL 6165* quintum
[f] *Köln 25b folgt* rotuli
[g] vestro *Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Wien 5102* nostro
[h] consecuta *VL 6165* consueta
[i] pontifici *fehlt VL 6165*
[j] sic, quod *fehlt Heiligenkreuz 268*
[k] quoque *Heiligenkreuz 268* quorum
[l] supplex *Köln 25b* simplex
[m] parte *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* tempore
[n] *Köln 25b folgt* magistri
[o] placide *Köln 25b* placite
[p] addere *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* adhibere
[q] clausulis *Wien 5102* talis

## Prerogative concesse magistris universitatis studii[a] Parisiensis[b]

---

[a] studii *fehlt Berlin 861*
[b] Prerogative - Parisiensis *Berlin 861, PL 647, VL 4990, VL 6165, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Wien 5102; Paris 14457* Sequuntur articuli ‹in› rotulo universitatis Parisiensis

### **89.** (ME 5(1))

CONCEDIT EIS CONFESSIONALE PERPETUUM ET IN MORTIS ARTICULO[a].

Primo dignetur sanctitas vestra magistris et graduatis in isto rotulo contentis concedere facultatem eligendi confessorem unum vel plures simul vel successive, qui possit eos ab-

solvere ab omnibus peccatis suis, nisi essent talia, propter que sedes apostolica merito esset consulenda, ac etiam plenam indulgentiam semel in mortis articulo eis valeat concedere.

Fiat de utroque, sed qui volunt habere[b] litteras, habeant ad partem, B‹aldassare[c]›[1].

---

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

---

[a] Concedit - articulo *Köln 25b*
[b] habere *Berlin 861* abesse
[c] Baldassare *fehlt PL 647, VL 4990, VL 6165, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Wien 5102*

## **90.** (ME 5(2))

QUOD DICERE POSSUNT HORAS SECUNDUM STILUM ROMANUM ECCLESIE VEL A[L]T[ER]I[US] BENEFICIORUM [SU]ORUM[a].

Item, quod prefati magistri possint dicere officium[b] divinum ad usum[c] Romane ecclesie[d] vel alterius beneficiorum suorum[e], quamdiu manebunt in studio eadem sanctitas vestra concedere dignetur.

Fiat, B‹aldassare›[1].

---

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

---

[a] Quod - suorum *Köln 25b*
[b] officium *Paris 14457* servitium
[c] ad usum *fehlt VL 6165*
[d] ecclesie *Berlin 861* curie
[e] suorum *fehlt PL 647, VL 4990*

## **91.** (ME 5(3))

QUOD SUPPLEANTUR DEFECTUS ROTULI TAM IURIS QUAM FACTI AUT IGNORANTIE[a].

Item dignetur eadem sanctitas vestra presentem rotulum et contenta in eodem solito clementie[b] eadem sanctitas more benigne recipere et defectus tam iuris quam facti aut ignorantie misericorditer supplere[c].

Fiat, quod in confectione litterarum suppleatur, B‹aldassare›[1].

---

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

---

[a] Quod - ignorantie *Köln 25b*
[b] clementie *Berlin 861* clementi
[c] misericorditer supplere *fehlt PL 647, VL 4990*

**92.** (ME 5(4))

Item dignetur eadem sanctitas vestra supplicationes seu gratias inferius scriptas pro[a] more felicis recordationis Alexandri pape quinti[b] predecessoris vestri[c] cum prerogativa date et aliis prerogativis inferius petitis ante omnes alias universitates quorumcumque studiorum generalium signare et expediri mandare.

Provisum est et opportune[d].

[a] pro *Berlin 861, Paris 14457* pio; *Köln 25b* pie
[b] quinti *VL 6165, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Wien 5102* V
[c] felicis - vestri *Paris 14457* predecessorum vestrorum
[d] Provisum - opportune *Paris 14457* Provisum est optime

**93.** (ME 5(5))

Item, cum tempore retroacto proh dolor plus fuerit personis quam beneficiis provisum adeo, quod ipsis beneficiis de paucis personis litteratis et graduatis fuerit provisum in grave[a] ipsorum beneficiorum damnum et salutis[b] animarum periculum, quod dicti magistri in isto rotulo contenti quibusvis aliis gratias expectativas habentibus etiam in rotulo principali familiarium vestrorum domesticorum commensalium continuorum ac in posterum gratias rotulares aut particulares[c] habiturorum, cuiuscumque status, gradus, auctoritatis, nobilitatis aut familiaritatis, etiamsi vestre[d] imperialis aut regalis existant, in assecutione ecclesiasticorum beneficiorum cadentium sub ipsorum gratiis preferantur aliasque[e] prerogativas habeant, ac si in rotulo familiarium vestrorum et sub ipsius data gratias suas habuissent, dominis cardinalibus veris familiaribus domesticis et actu continue commensalibus, magis vel equaliter graduatis dumtaxat exceptis.

Provisum est de optima[f] data, quam paucissimi precedunt, B‹aldassare›[1].

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

[a] grave *PL 647* genere
[b] salutis *PL 647, VL 4990, Paris 14457* salutem
[c] particulares *fehlt Heiligenkreuz 268, Wien 5102*
[d] vestre *fehlt PL 647, VL 4990*
[e] aliasque *PL 647, VL 4990* absque
[f] optima *PL 647, VL 4990* opportuna

**94.** (ME 5(6))

Item, si[a] vestra sanctitas aliquibus forsan[b] personis, cuiuscumque gradus aut conditionis etc. existant, hactenus concesserit vel concedat in futurum, quod in gratiis eis concessis vel concedendis sub quacumque data prerogativis[c] familiarium[d] vestrorum aut aliorum quorumcumque gaudeant, ac si in ipso rotulo vestro aut aliorum[e] inscripti fuissent, talis concessio magistris in presenti rotulo contentis in nullo noceat, immo[f] ipsi magistri tales prerogativas habentes in assecutione beneficiorum sub[g] suis gratiis cadentium preferantur.

Nullis disposuimus dare prerogativas tales et, si darentur[h], daremus[i] vobis.

---

[a] si *fehlt PL 647*
[b] forsan *fehlt Paris 14457*
[c] prerogativis *Berlin 861* prerogantis
[d] familiarium *Paris 14457* famulorum
[e] quorumcumque - aliorum fehlt *Berlin 861*
[f] immo *fehlt Berlin 861*
[g] sub *VL 6165* seu
[h] darentur *PL 647, VL 4990, VL 6165, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Wien 5102* daremus
[i] daremus *Paris 14457* darentur

**95.** (ME 5(7))

Item, si[a] sanctitas vestra aliquibus, cuiuscumque status, gradus aut conditionis existant, gratias[b] expectativas habentibus vel habituris sub quacumque data concesserit aut concedat, quod gratie expectative postea[c] per eandem sanctitatem vestram concedende hiis non[d] noceant, sed quod eis preferantur, talis prerogativa magistris in isto rotulo contentis nullo modo noceat[e], quominus talibus, cuiuscumque gradus, dignitatis aut status fuerint, in assecutione etc. preferantur, quibuscumque regulis aut constitutionibus Cancellarie per eandem sanctitatem vestram factis aut faciendis non obstantibus, exceptis dumtaxat hiis, qui in quinto[f] articulo excipiuntur.

Idem, ut supra.

---

[a] si *fehlt Heiligenkreuz 268*
[b] gratias *fehlt Berlin 861*
[c] postea *fehlt Berlin 861*
[d] non *fehlt PL 647, VL 4990*
[e] noceat *fehlt Paris 14457*
[f] quinto *VL 6165, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Paris 14457, Wien 5102* V

**96.** (ME 5(8))

[...]G[...]IU(M) [...](C/T)I. POSSINT HABERE [IN]COMPATIBILIA ET INFRA BIENNIUM PERMUTARE[a].

Item, quod magistri antedicti et eorum quilibet possint uti duabus gratiis vel una gratia cum[b] una nominatione concess(is) vel concedend(is) etiam quoad incompatibilia et, si

ecclesie parochiales fuerint, etiamsi in[c] una ipsarum de alia mentio non[d] habeatur, sine tamen preiudicio magistrorum in presenti rotulo inscriptorum[e], qui in eodem rotulo per universitatem presentes reputantur, et quod pendentibus effectibus dictarum gratiarum vel alterius earum quilibet ipsorum possit permutare unum beneficium incompatibile, etiamsi ecclesia parochialis fuerit[f], cum alia simili vel dissimili nec propter hoc gratie vel gratia, que suum non sortite vel sortita fuerint vel fuerit[g] effectum, expirent vel expiret quodque per assecutionem beneficii incompatibilis ambo possit tenere, dum tamen ipsorum, quod maluerit, cum compatibili[h] infra biennium permutare teneatur.

Ad primam partem provisum est per regulas Cancellarie, ad secundam[i] partem fiat, quod possint commutare cum compatibili, B‹aldassare[j]›[1].

---

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

---

[a] [...] - permutare *Köln 25b*
[b] cum *VL 6165, Heiligenkreuz 268, Wien 5102* in
[c] in *fehlt PL 647, VL 4990*
[d] non *fehlt PL 647, VL 4990*
[e] inscriptorum *PL 647, VL 4990* scriptorum*; Heiligenkreuz 268* infrascriptorum
[f] fuerit *fehlt Berlin 861*
[g] vel fuerit *fehlt VL 4990, VL 6165, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Wien 5102*
[h] compatibili *VL 6165* incompatibili
[i] secundam *PL 647, Heiligenkreuz 268* 2[am]
[j] Baldassare *fehlt PL 647, VL 4990, VL 6165, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Wien 5102*

## **97.** (ME 5(9))

QUOD PREFERANTUR NOMINATIS [...] RO[TU]L. [...][a].

Item, si sanctitas vestra forsan concesserit vel concedat in futurum alicui persone vel aliquibus personis cuiuscumque[b] status, conditionis vel dignitatis, etiamsi imperialis vel regalis preeminentie existant, quod possint nominare ad beneficia ecclesiastica, etiamsi dignitates fuerint, aliquas personas, quod huiusmodi nominationes magistris in isto rotulo contentis[c] quoad assecutionem[d] beneficiorum virtute unius gratie, quam elegerint, nullatenus noceant, quin[e] talibus sic nominatis preferantur.

Fiat, B‹aldassare›[1].

---

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

---

[a] Quod - [...] *Köln 25b*
[b] cuiuscumque *VL 4990* quibuscumque
[c] contentis *fehlt VL 6165, Heiligenkreuz 268, Wien 5102*
[d] assecutionem *VL 6165* executionem
[e] quin *Berlin 861* qui

## **98.** (ME 5(10))

QUOD COLLATIONES LEGATORUM [...] NON PREIUDICENT[a].

Item, quod collationes fiende per quoscumque legatos etiam a latere vel potestatem[b] legati a latere habentes aut alios quoscumque non habeant gratiis dictorum inrotulatorum preiudicare, etiamsi nondum bulle et processus super huiusmodi gratiis sint[c] confecti, dummodo infra tempus sex[d] mensium post acceptationem debite factam sibi faciant debite provideri, nec reservationes per ipsos facte aut fiende[e], etiamsi sint apostolice sedis auctoritate confirmate.

Fiat, salva collatione nostra, B‹aldassare[f]›[1].

---

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

---

[a] Quod - preiudicent *Köln 25b*
[b] potestatem *PL 647, VL 4990* partem
[c] sint *PL 647* suis
[d] sex *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* VI
[e] facte - fiende *Paris 14457* factas - fiendas
[f] Baldassare *fehlt Wien 5102*

## **99.** (ME 5(11))

Item, quod clausule de „Anteferri“ et de „Meminimus reservasse“ aut quecumque alie quibuscumque personis nisi superius in quinto[a] articulo exceptis concesse vel concedende, etiamsi similis vel maioris efficacie existant, gratiis magistrorum in presenti rotulo inscriptorum non preiudicent neque noceant in aliquo.

Clausulam „Anteferri“ non intendimus dare, B‹aldassare›[1].

---

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

---

[a] quinto *VL 6165, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Wien 5102* V

## **100.** (ME 5(12))

[...] F[...] [...]ES (CON)CESSE | [...] [...]IS ARCHIEPISCOPIS | [...] NO[N] P[...] [...] M(A)G(IST)RIS | Q[U...]B(US) [...][a].

Item, quod littere facultatum seu quecumque gratie sub quacumque forma verborum etiam cum[b] clausulis[c] in precedenti rotulo[d] proximo articulo positis concesse vel concedende legatis de latere et quibuscumque aliis[e] apostolice sedis legatis et nuntiis, archiepiscopis,

episcopis[f], abbatibus, abbatissis, prioribus, priorissis et capitulis aut aliis personis etiam dignitates obtinentibus cathedralium, collegiatarum tam regularium quam secularium ecclesiarum seu[g] quibuscumque aliis personis de providendo certis clericis seu personis idoneis de beneficiis vel officiis nullo modo noceant magistris in presenti rotulo contentis[h] quoad assecutionem beneficii etiam curati, canonicatus et prebende, dignitatis[i], officii, personatus etiam curati vel cuiuscumque administrationis, quocumque nomine censeantur, etiamsi in ecclesia cathedrali existant, vigore[j] unius gratie, quam elegerint.

Fiat, quod facultates predicte non noceant illis, quos dicta universitas reputat presentes, B‹aldassare›[1].

---

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

---

[a] [...] - [...] *Köln 25b*
[b] cum *Köln 25b* in
[c] clausulis *VL 4990, VL 6165, Heiligenkreuz 268, Köln 25b* clausis
[d] rotulo *fehlt Berlin 861, VL 6165, Köln 25b*
[e] aliis *fehlt Berlin 861*
[f] archiepiscopis, episcopis *Berlin 861* archiepiscopos episcopos
[g] seu *Köln 25b* sub
[h] contentis *PL 647, VL 4990* descriptis
[i] dignitatis *Berlin 861* dignitates
[j] vigore *fehlt Berlin 861*

**101.** (ME 5(13))

Item, quod magistri antedicti, quibus conceditur gratia ad collationem episcopi, decani et capituli etc. cum cura vel sine cura, etiamsi[a] canonicatus et prebenda ac dignitas, personatus, administratio vel officium et in ecclesia cathedrali existat, acceptando prebendam possint cum hoc vigore huiusmodi gratie dignitatem aut personatum, administrationem vel officium assequi, etiamsi simul vel successive vacaverint et in eadem ecclesia[b] fuerint, dum tamen ad eandem collationem etc. pertineant.

Fiat pro magistris, licentiatis et baccalariis formatis in theologia[c], doctoribus[d] et licentiatis[e] in iure[f] ac magistris in medicina, B‹aldassare›[1].

---

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

---

[a] etiamsi *VL 6165* etiam
[b] *Paris 14457 folgt* sive in diversis ecclesiis
[c] theologia *fehlt Berlin 861*
[d] doctoribus *fehlt Paris 14457*
[e] et baccalariis - licentiatis *fehlt Wien 5102*
[f] *PL 647, VL 4990 folgt* canonico

**102.** (ME 5(14))

Item, quod litteras apostolicas super dictis[a] gratiis in dicto rotulo[b] factis et faciendis[c] cum prefatis supplicationibus[d], dispensationibus, concessionibus et prerogativis mandare dignemini expedire, non obstantibus quibuscumque constitutionibus aut regulis Cancellarie factis aut faciendis.

Fiat stilo Cancellarie alias observato[e], B‹aldassare›[1].

---

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

---

[a] super dictis *fehlt Berlin 861*
[b] *PL 647, VL 4990 folgt* contentis
[c] factis et faciendis *Berlin 861* factas et faciendas
[d] supplicationibus *Paris 14457* suppletionibus
[e] observato *PL 647, VL 4990* servato*; VL 6165, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Wien 5102* conservato

**103.** (ME 5(15))

[...]AT [...] ILLOR(UM), | QUI (P/Q)[...]EA(N?)T(UR?) P[RESBIT?]ERI | [...]T M[AGIS?]TRI [...] | P[...] ROTULI(S?) PERINDE | VALERE, AC? SI? [...] TEMPORE | DATE FUISSE[N]T[a].

Item, cum tempore date per[b] eandem sanctitatem in dictis supplicationibus ponende, ut speramus, nonnulli de magistris in dicto rotulo inscriptis magistri aut alias in aliis facultatibus graduati vel promoti presbiteri aut in aliis ordinibus constituti[c] minime fuissent, tempore presentationis rotuli predicti e(idem) s(anctitati) sunt[d], dignetur eadem sanctitas vestra gratias eisdem concessas aut in dicto rotulo concedendas decernere[e] perinde valere, ac si tempore date fuissent in eisdem gradibus seu ordinibus aut promotionibus constituti, prout sunt tempore presentationis eiusdem. Sit tamen, quod non graduati aut promoti, ut[f] supra, tempore[g] clausure et sigillationis rotuli predicti, qui tales erant[h] tempore presentationis eiusdem, per huiusmodi gradum acquisitum non preiudicent magistris tunc[i] magis[j] graduatis et in presenti rotulo contentis et qui presentes in dicto rotulo per universitatem reputantur[k].

Fiat, ut petitur, B‹aldassare›[1].

---

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

---

[a] [...]at - fuisse[n]t *Köln 25b*
[b] per *fehlt Wien 5102*
[c] constituti *fehlt Köln 25b*
[d] sunt *fehlt PL 647, VL 4990*
[e] decernere *Paris 14457* discernere
[f] sunt tempore - ut *fehlt PL 647*
[g] tempore *fehlt Paris 14457*

[h] erant *fehlt Paris 14457; VL 6165, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Wien 5102* erunt
[i] tunc *PL 647, VL 4990, Köln 25b, Paris 14457* nunc
[j] magis *VL 6165, Heiligenkreuz 268, Wien 5102* magistris
[k] reputantur *Paris 14457* reperiuntur

**104.** (ME 5(16))

Item, si[a] aliqui[b] in dicto rotulo contenti virtute nominationis, collationis, permutationis vel alias habuerint aliquod beneficium inter creationem vestre sanctitatis et signationem dicti rotuli, de quo in supplicationibus suis[c] mentio non habeatur, quod non propter hoc[d] sue sint invalide.

Fiat, quod in confectione litterarum exprimant vel habeant „Perinde valere", B‹aldassare›[e1].

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

[a] si *PL 647, VL 4990* quod
[b] aliqui *Wien 5102* alicui
[c] suis *fehlt Heiligenkreuz 268, Wien 5102*
[d] *Paris 14457 folgt* gratie
[e] Baldassare *fehlt PL 647, VL 4990, Heiligenkreuz 268, Wien 5102*

**105.** (ME 5(17))

Item, si[a] secundum observantiam[b] vel observationem curie beneficia incompatibilia expectantium curie reputentur affecta a[c] tempore date gratiarum suarum, hoc non obstante dicti inscripti in dicto rotulo possint ad partes coram ordinario vel legato permutare vel pure resignare.

Fiat, salvo iure tertii, B‹aldassare›[d1].

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

[a] si *PL 647, VL 4990* quod
[b] observantiam *Paris 14457* conservantiam
[c] a *Paris 14457* et
[d] Baldassare *fehlt Berlin 861*

**106.** (ME 5(18))

Item, quod[a] reservationes specialiter facte ad beneficia vacatura dumtaxat concesse vel concedende non habeant gratiis dictorum[b] subscriptorum preiudicare.

Non intendimus illis uti, B‹aldassare›[1].

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

[a] quod *fehlt VL 6165*
[b] dictorum *fehlt Paris 14457*

**107.** (ME 5(19))

Item, quod[a] super expectationibus seu gratiis, quas magistri prefati petunt ad quorumcumque collationem etc. in ecclesia, civitate diocesique valeant expediri, licet hoc in singulis supplicationibus non petatur.

Provisum est per regulas Cancellarie, B‹aldassare›[b1].

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

[a] quod *Berlin 861* si
[b] Baldassare *fehlt PL 647, VL 4990*

**108.** (ME 5(19a))

Item, cum in pluribus collationibus singulares persone habeant unicum beneficium conferre vel presentare vel plures unicum, quod non obstante observantia curie aut iuris scripti ad oppositionem magistri in dicto rotulo contenti virtute sue gratie possint talia beneficia obtinere.

Deletus sive cancellatus omnino est per „Non fiat".

**109.** (ME 5(20))

Item, quod gratie predicte, si et in quantum reperirentur inutiles, reformari valeant in eadem data cum eisdem prerogativis ad aliam collationem.

Fiat, ut petitur, B‹aldassare›[1].

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

**110.** (ME 5(21))

Item dignetur sanctitas vestra cum non habentibus etatem debitam[a] dispensare de duobus annis etiam[b] illi[c], qui maiori dispensatione indigent, adepta etate debita valeant uti suis gratiis quoad beneficia curata[d].

Fiat, ut petitur, B‹aldassare›[e1].

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

[a] debitam *fehlt Heiligenkreuz 268, Wien 5102*
[b] etiam *Paris 14457* et quod
[c] illi *PL 647, VL 4990* illis
[d] *Paris 14457 folgt* etiamsi solum petierunt ad beneficia sine cura
[e] *Paris 14457 folgt* Cancellande istam clausulam „Etiamsi solum petierint ad beneficia sine cura“

**111.** (ME 5(22))

Item, quod[a] habentes vel in posterum habituri beneficium incompatibile possint aliud beneficium incompatibile, etiamsi ambo ecclesie parochiales[b] fuerint, virtute gratie in presenti rotulo[c] obtinende aut alterius[d] usque ad biennium retinere cum facultate[e] permutandi alterum ipsorum, quod maluerint, cum beneficio reliquo compatibili.

Supra provisum est, B‹aldassare›[1].

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

[a] quod *fehlt Berlin 861*
[b] parochiales *Paris 14457* cathedrales
[c] rotulo *Berlin 861* articulo
[d] aut alterius *fehlt Paris 14457*
[e] facultate *VL 6165, Heiligenkreuz 268, Wien 5102* potestate

**112.** (ME 5(23))

Item[a], si aliquis ad plures collationes disiunctive[b] sibi petat provideri in eadem supplicatione, illas supplicationes[c], quas maluerit, valeat[d] in litteris conficiendis eligere et ad plures collationes beneficia obtinere ut in articulo sequenti.

Provisum est per regulas Cancellarie, B‹aldassare›[e].

[a] *Berlin 861 folgt* quod
[b] disiunctive *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* disiuncte
[c] illas supplicationes *fehlt PL 647, VL 4990;* supplicationes *VL 6165, Heiligenkreuz 268, Wien 5102* collationes
[d] valeat *fehlt Paris 14457*
[e] Provisum Baldassare *nur Paris 14457*

**113.** (ME 5(24))

Item[a], si aliquis magistrorum infrascriptorum ad duas collationes aut plures disiunctive[b] sibi provideri supplicaverit, dignetur sanctitas vestra concedere, quod prefati magistri bullas suas[c] possint levare ad easdem collationes copulative et obtinere ad duas collationes et duo beneficia, etiamsi illud in supplicatione speciali[d] non fuerit expressum.

Provisum est per regulas Cancellarie, B‹aldassare›[e1].

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

[a] *PL 647, VL 4990, Heiligenkreuz 268, Wien 5102 folgt* quod
[b] disiunctive *fehlt Paris 14457; Heiligenkreuz 268* disiuncte
[c] suas *fehlt VL 6165*
[d] speciali *fehlt VL 6165; PL 647* principali*; Heiligenkreuz 268, Wien 5102* specialiter
[e] Provisum - Baldassare *fehlt Berlin 861, PL 647, VL 4990, VL 6165, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Wien 5102*

**114.** (ME 5(25))

Item, quod in expectationibus[a] et reformationibus gratiarum, quas petunt, habeant ad quamcumque taxam sive summam.

Provisum est per regulas Cancellarie, B‹aldassare›[1].

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

[a] expectationibus *PL 647, VL 4990* expectantibus*; Heiligenkreuz 268* spectationibus

**115.** (ME 5(25a))

Item dignetur eadem sanctitas vestra concedere universitati studii Parisiensis prefate, quod possit levare litteras apostolicas de prerogativis per eandem sanctitatem concedendis et quod transumpto earundem litterarum sub sigillo autentico adhibeatur fides plenaria in iudicio et extra, sicut eisdem litteris adhibentur.

Deletus sive cancellatus est omnino.

**116.** (ME 5(26))

Item, quod in singulis facultatibus et nationibus ordo rotuli et inrotulatorum observetur ceteris paribus.

Fiat, ut petitur, B‹aldassare›[a1].

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

[a] Baldassare *fehlt Paris 14457*

**117.** (ME 5(27))

Item, cum regnum Francie inter cetera regna plures universitates habeat et sollemnes atque magis[a] populatas, quibus minus provisum videretur[b] et rationabile[c], quod sanctitas

vestra decerneret conformiter[d] ad ius commune, quod[e] nullus extraneus recipiatur in regno, nisi saltem in altero studiorum predicti regni graduatus fuerit, quod et, si aliquis non graduatus in predictis studiis recipiatur, dignetur sanctitas vestra concedere, quod infra-scriptis magistris in nullo noceant etiam, cuiuscumque gradus, status aut conditionis seu familiaritatis existant.

Provisum est sufficienter in Cancellaria, B‹aldassare›[f1].

---

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

---

[a] magis *PL 647, VL 4990, Köln 25b* magistris
[b] iustum *fehlt PL 647, VL 4990, VL 6165, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Wien 5102*
[c] rationabile *Köln 25b* rationale
[d] conformiter *VL 6165* confirmeret
[e] quod *fehlt Wien 5102*
[f] in - Baldassare *fehlt PL 647, VL 4990*

## **118.** (ME 5(28))

Item, quod magistri, quos[a] universitas reputat presentes, omnibus absentibus preferantur.

Fiat, ut petitur, B‹aldassare›[b].

---

[a] quos *Paris 14457* quod
[b] Fiat - Baldassare *fehlt Berlin 861;* Baldassare *fehlt PL 647*

## **119.** (ME 5(28a))

Item dignetur eadem sanctitas vestra, quod gratie predicte magistris concedende extend-untur ad beneficia vacantia vel vacatura reservata in curia alia reservatione quam iuris communis, etiamsi vacent per contractum matrimonii aut alio quovis modo.

Respondeo per 2[am] 3[am]. Deletus sive cancellatus est omnino, B‹aldassare›[a1].

---

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

---

[a] *Layoutendnote*

## **120.** (ME 5(29))

Item, quod, cum in[a] acceptationibus multi solent fraudes committere non prosequendo eas sub spe vacationis beneficii pignioris vel alias[b], quod, si aliquis expectans vigore cuius-cumque gratie aliquod beneficium duxerit[c] acceptandum, illam acceptationem sub pena amissionis gratie teneatur prosequi infra novem[d] menses, nisi aliud beneficium cum effectu

prosequatur[e], quo[f] casu teneatur acceptationem huiusmodi deducere in publicum et eam[g] notificare[h] in loco beneficii.

Provisum est in Cancellaria, B‹aldassare›[i1].

---

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

---

[a] in *fehlt PL 647*
[b] alias *Wien 5102* ap(osto)lus
[c] duxerit *fehlt PL 647*
[d] novem *Berlin 861* IX
[e] prosequatur *Berlin 861* assequatur
[f] quo *Wien 5102* in
[g] eam *PL 647, VL 4990* etiam
[h] *PL 647, VL 4990 folgt* si
[i] Baldassare *fehlt PL 647, VL 4990*

## **121.** (ME 5(30))

Item, cum[a] in[b] nonnullis partibus iam inolevit[c] consuetudo, immo potius abusus intolerabilis, quod scole magis danti licet tamen ignoranti distribuantur vel potius vendantur in grave damnum[d] doctrine iuvenum et rei publice et totius ecclesiastice[e] politie[f], dignetur eadem sanctitas vestra tale remedium apponere, quod[g] non ita distribuantur, sed pauperibus magistris scientificis mere gratis conferantur.

Servetur ius commune, B‹aldassare›[1].

---

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

---

[a] cum *fehlt Berlin 861, VL 6165, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Wien 5102; PL 647, VL 4990* quod
[b] in *fehlt VL 4990*
[c] inolevit *PL 647, VL 4990, VL 6165, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Wien 5102* inoluit
[d] damnum *Paris 14457* dictorum
[e] ecclesiastice *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* ecclesie
[f] *Paris 14457 folgt* detrimentum
[g] *Paris 14457 folgt* amplius

## **122.** (ME 5(31))

Item, cum in[a] prosecutione unionis sancte matris ecclesie predicta universitas Parisiensis et eius supposita multas expensas in sollemnibus[b] et frequentibus ambasciatis fecerint et sustinuerint, dignetur eadem sanctitas vestra[c] pretium nuper pro[d] bullis solvi solitum a predictis magistris[e] levandum diminuere usque ad summam quattuor[f] scutorum[g] vel minus[h] francorum.

Servetur consuetudo antiqua[i], B‹aldassare›[1].

---

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

---

[a] in *fehlt Köln 25b*
[b] sollemnibus *Berlin 861* sollemnitatibus
[c] vestra *fehlt Berlin 861*
[d] fecerint - pro *fehlt Wien 5102;* pro *fehlt Paris 14457*
[e] magistris *fehlt PL 647, VL 4990*
[f] quattuor *PL 647* IIII
[g] scutorum *Wien 5102* stultorum
[h] minus *Berlin 861* minime; *Paris 14457* quinque
[i] antiqua *fehlt Köln 25b*

**123.** (ME 5(32))

Item dignetur eadem sanctitas vestra, quod inter omnes habentes vel habituros datam concessam vel concedendam magistris presenti rotulo inscriptis sit talis ordo, quod in assecutione beneficii vel beneficiorum graduatus non graduato et magis graduatus minus graduato semper preferatur non obstante quacumque maiori diligentia de expeditione bullarum, celeriori promulgatione vel fulminatione processuum seu sententiarum, salvo tamen pro[a] integre[b] articulo dicente, quod magistri, quos[c] universitas reputat presentes, omnibus absentibus preferantur.

Serventur regule Cancellarie[d], B‹aldassare›[1].

---

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

---

[a] pro *fehlt VL 6165, Heiligenkreuz 268, Wien 5102; Köln 25b, Paris 14457* per
[b] integre *PL 647, VL 4990* integro
[c] quos *Paris 14457* quod
[d] Serventur regule Cancellarie *Paris 14457* Fiat, ut petitur

**124.** (ME 5(33))

| *Paris 14457.* | *Alle anderen Textzeugen.* |
|---|---|

Item dignetur sanctitas vestra[a], quod religiosi cuiuscumque monachalis vel alias regularis ordinis magistri in theologia et decretorum doctores, etiam magistri in aliis facultatibus[b] scilicet in medicina et artibus in presenti rotulo inscripti gaudeant gratiis expectativis ad beneficia et officia regularia cum auctoritate se transferendi de uno monasterio ad aliud, quibuscumque constitutionibus, ordinationibus[c] aut regulis Cancellarie nec non statutis et ordinationibus monasteriorum illorum[d] non obstantibus.

| | |
|---|---|
| Serventur regule Cancellarie, B‹aldassare[1]›, et est signatus tali signo X, alias sic signata est „Fiat, salvo iure communi". | Fiat, salvo iure communi, B‹aldassare›[e]. |

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

[a] *Heiligenkreuz 268 folgt* concedere
[b] acultatibus *fehlt Heiligenkreuz 268, Wien 5102*
[c] ordinationibus *PL 647, VL 4990, VL 6165, Heiligenkreuz 268, Köln 25b* consuetudinibus*; Wien 5102* consuetis consuetudinibus
[d] *statt* illorum *Köln 25b* aliorum
[e] Baldassare *fehlt PL 647, VL 4990*

**125.** (ME 5(34))

| | |
|---|---|
| *Paris 14457.* | *Alle anderen Textzeugen.* |

Item, quod gaudeant in suis gratiis expectativis talibus prerogativis, quibus gaudebunt magistri seculares[a] in simili gradu constituti.

| | |
|---|---|
| Fiat, salvo iure communi, B‹aldassare[1]›, alias sic signatus „Fiat, ut petitur". | Fiat, ut petitur, B‹aldassare›. |

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

[a] seculares *Paris 14457* scolares

**126.** (ME 5(35))

Item dignetur eadem sanctitas, quod littere apostolice pro omnibus et singulis suprascriptis expediantur cum gratiis et prerogativis concessis vel concedendis et infrascriptis[a] generalibus[b] supplicationibus sive[c] articulis communibus, licet in singulis supplicationibus[d] non ponantur.

Fiat[e], B‹aldassare›[f1].

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

[a] expediantur - infrascriptis *fehlt Berlin 861*
[b] generalibus *fehlt Paris 14457*
[c] sive *Paris 14457* suis
[d] sive - supplicationibus *fehlt PL 647, VL 4990*
[e] *Paris 14457 folgt* ut petitur
[f] Baldassare *fehlt Paris 14457*

**127.** (ME 5(36))

Item dignetur eadem sanctitas illos solum reputare[a] in presenti rotulo presentes, quos universitas[b] ad suas[c] constitutiones presentes reputavit.

Fiat, ut petitur[d], B‹aldassare›[1].

---

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

---

[a] reputare *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* representare
[b] *Paris 14457 folgt* censerunt
[c] ad suas *fehlt PL 647, VL 4990*
[d] ut petitur *fehlt Paris 14457*

## 128. (ME 5(37))

Item, cum in pluribus partibus locorum ordinarii velint et nitantur fructus primarios beneficiorum vacantium percipere, hoc eis de iure committere[a] et in vim cuiusdam extravagantis asserentes dignetur eadem[b] sanctitas conformiter ad intentionem ipsius extravagantis ordinare[c], quod de cetero sit[d] in optione[e] beneficia obtinentium taxam vel residuum solvere et quod etiam dicti ordinarii super parte per eos percepta onera talium beneficiorum aut saltem media eorum habeant supportare.

Fiat, quod servetur tenor extravagantis, B‹aldassare›[1].

---

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

---

[a] committere *Paris 14457* competere
[b] eadem *Paris 14457* etiam
[c] ordinare *Wien 5102* ordinarie
[d] sit *fehlt Wien 5102*
[e] optione *Paris 14457* adoptione

## **129.** (ME 5(38))

Item, etiam[a] in pluribus ecclesiis inolevit consuetudo, que potius simonie labes[b] deberet nuncupari, quod videlicet hiis[c], ad quos in ipsis ecclesiis preficiendorum[d] pertinet receptio, nullo modo eos recipiunt, nisi pre manibus magnam pecuniam habeant solvere quantitatem, et quod damnatum est, si sint plures[e] de et super aliquo ipsorum beneficio litigantes predicti, ad quos ipsorum, ut prefertur[f], ad ipsum beneficium pertinet receptio, obtentu[g] pecunie solvende[h] omnes litigantes tot, quot fuerint ad dictum beneficium, recipiunt, per[i] quod[j] lites efficiuntur immortales, quapropter dignetur eadem sanctitas super hoc[k] de remedio providere[l] opportuno.

Fiat, quod nihil possit recipi ultra[m] ius commune vel laudabilem consuetudinem approbatam, B‹aldassare›[1].

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

[a] etiam *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* cum
[b] labes *Berlin 861* les *(!)*
[c] hiis *Paris 14457* hii
[d] preficiendorum *PL 647, VL 4990* perficiendorum
[e] est - plures *fehlt Paris 14457*
[f] ut prefertur *Paris 14457* et postremo
[g] obtentu *PL 647, VL 4990, Paris 14457* obtente
[h] obtentu - solvende *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* ob tantam pecuniam solvendam*;* solvende *PL 647, VL 4990* solvendi
[i] per *VL 6165* et
[j] quod *Wien 5102* quot
[k] super hoc *fehlt Paris 14457*
[l] providere *fehlt Heiligenkreuz 268, Wien 5102*
[m] ultra *Paris 14457* nisi secundum

## **130.** (ME 5(38*))

Item, etsi eadem sanctitas hactenus concesserit aut in futurum concedat plures gratias in una ecclesia vel pluribus alicui persone, cuiuscumque status, gradus, dignitatis, familiaritatis continue vel alterius, etiamsi vestre aut aliorum quorumcumque existat, dignetur eadem vestra sanctitas, quod, postquam tali persone in vim alterius gratiarum fuerit provisum, cetere gratie magistris in presenti rotulo contentis nullo modo preiudicent.

Deletus et cancellatus est omnino, B‹aldassare›[a1].

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

[a] *Layoutendnote*

## **131.** (ME 5(38a))

Item dignetur eadem sanctitas, quod reservationes quecumque[a] quorumcumque beneficiorum per eandem sanctitatem vestram aut vestros predecessores facte aut in posterum faciende non noceant magistris in dicto rotulo contentis, quin possint vigore suarum gratiarum beneficia taliter reservata assequi[b], predictis reservationibus non obstantibus, nisi saltem sint reservationes huiusmodi de contentis in extravagante „Ad regimen[1]“.

Non fiat, B‹aldassare›[2].

[1] *= Benedikt XII. Nr. 35B.*
[2] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

[a] quecumque *fehlt Wien 5102*

[b] possint - assequi *fehlt Wien 5102*

## **132.** (ME 5(38b))

| *Paris 14457.* | *Alle anderen Textzeugen.* |
|---|---|

Item, cum[a] nonnulli magistri in dicto rotulo contenti gradus, quos[b] post istius rotuli confectionem ante tamen vestre sanctitatis ad summi apostolatus apicem assumptionem acquisiverunt, in suis[c] supplicationibus non[d] posuerunt, dignetur eadem sanctitas, quod in confectione bullarum defectus huiusmodi suppleantur.

| Deletus sive cancellatus est omnino. | Fiat, ut petitur, B‹aldassare›[1]. |
|---|---|

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

[a] cum *PL 647, VL 4990* quod
[b] quos *PL 647, VL 4990* quem*; Paris 14457* quod
[c] suis *fehlt Heiligenkreuz 268, Wien 5102*
[d] non *fehlt Wien 5102*

## **133.** (ME 5(39))

Item, cum[a] plures magistri dicte universitatis propter tunc eorum absentiam et alii, qui post confectionem rotuli iam vestre beatitudini presentati suos gradus acquisiverunt, in dicto rotulo non fuerunt inscripti, prefata universitas unum parvum rotulum ex[b] et de talibus personis confectum[c] intendat eidem sanctitati presentari facere, dignetur eadem sanctitas rotulum huiusmodi sub data et prerogativa prioris rotuli manu vestra beatissima signare ac ipsum[d] et litteras apostolicas super hoc fieri opportunas expediri mandare, quodque, si in dicto rotulo aliqui fuerint, qui tempore date, quo[e] ab eadem sanctitate speratur haberi clerici, presbiteri, magistri aut alias promoti non fuerint[f] prout[g] sunt aut erunt tempore signationis[h] eiusdem licet tales se nominaverint aut appellaverint, gratie huiusmodi perinde valeant et suum sortiantur effectum, ac si tales fuissent tempore date eiusdem, etiamsi rotulus[i] huiusmodi eodem tempore cum alio signatus non fuerit atque ambos rotulos pro eodem reputare et decernere.

Fiat, ut petitur, B‹aldassare›[1].

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

[a] cum *PL 647* quod
[b] *Paris 14457 folgt* hiis
[c] confectum *Paris 14457* confectis
[d] ipsum *Paris 14457* ipsa

[e] quo *Köln 25b, Paris 14457* que
[f] qui tempore - fuerint *fehlt PL 647, VL 4990*
[g] *Berlin 861 folgt* nec
[h] *Paris 14457 folgt* rotuli
[i] rotulus *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* in rotulis

**134.** (ME 5(40))

Item illos magistros in rotulo universitatis predicte scriptos, qui permaxime[a] partem ordinarii anni[b] presentis Parisius moram traxerunt, et non alios conformiter ad ipsius universitatis intentionem eadem sanctitas vestra presentes[c] reputare dignetur.

Fiat ut petitur, B‹aldassare›[1].

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

[a] permaxime *PL 647, VL 4990* per maximam*; Paris 14457* per maiorem
[b] anni *VL 4990* domi
[c] presentes *fehlt Berlin 861*

**135.** (ME 5(41))

Item dignetur eadem sanctitas provisiones et collationes beneficiorum suppositorum predicte universitatis factas vigore ordinationum concilii ecclesie Gallicane etiam post[a] assumptionem felicis recordationis domini Alexandri predecessoris vestri, dummodo[b] ante adventum et publicationem bullarum eiusdem, si que fuerint, ad loca beneficiorum et personis, quas huiusmodi tangit negotium, factas, ratas et gratas habentibus auctoritate apostolica confirmare, constitutionibus apostolicis et aliis quibuscumque non obstantibus.

Dentur supplicationes ad partem, B‹aldassare›[c1].

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

[a] post *Paris 14457* cum
[b] dummodo *Paris 14457* modo
[c] Baldassare *fehlt PL 647, VL 4990, Köln 25b*

**136.** (ME 5(42))

Item, quia[a] propter itinerum[b] discrimina et distantiam adeo plerumque fatigantur litigantes, quod[c] et qui contra iustitiam se in[d] beneficiis intruserunt, ipsorum remanent detentores et quibus canonice pertinebant ob premissa suam iustitiam prosequi non valentes ab eisdem remanent exclusi[e], dignetur eadem sanctitas, quod magistri[f] in dicto rotulo inscripti ratione beneficiorum suorum extra muros Parisienses tam agendo quam defendendo non trahan-

tur[g], sed inibi aliquos iudices[h], qui de causis dictorum suorum beneficiorum cognoscant, decidant et omnimode determinent committere.

Servetur, sicut fuit[i] temporibus retroactis consuetum, B‹aldassare›[1].

---

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

---

[a] quia *fehlt PL 647*
[b] itinerum *fehlt Paris 14457*
[c] quod *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* quot
[d] in *fehlt Heiligenkreuz 268, Wien 5102; VL 6165, Köln 25b* et
[e] exclusi *Wien 5102* inclusi
[f] magistri *Paris 14457* magistris
[g] trahantur *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* extrahantur
[h] iudices *Paris 14457* iuratos
[i] fuit *Paris 14457* aliis

## **137.** (ME 5(43))

Item, si antequam rotulus mittendus et alteri continuandus eo, quod unum cum illo ipsum reputamus[a], ad sanctitatem vestram perveniat, alium rotulum in curia existentem signare contingat, dignetur eadem sanctitas vestra rotulum mittendum et alteri coniungendum sub data et prerogativa alterius rotuli reputare signatum, ut statim post signationem alterius rotuli[b] in rotulo mittendo inscripti secundum tenorem supplicationum suarum bullas levare, ac si fuissent in alio rotulo per sanctitatem vestram signato vel signando inscripti.

Provisum est, B‹aldassare›[1].

---

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*

---

[a] reputamus *VL 6165, Heiligenkreuz 268, Wien 5102* reputatum
[b] reputare - rotuli fehlt *Berlin 861, PL 647, VL 4990*

## **138.** (ME 5(44)).

Item dignetur sanctitas vestra concedere devote filie vestre, ut[a] eius supposita valeant et possint suos[b] debitores conveniri facere a quacumque loci distantia[c] vel saltem a duodecim[d] dietis a fine diocesis Parisiensis computando[e].

Servetur prout supra, B‹aldassare›[f1].

Datum Bononie[2], nonis[g] augusti anno primo[3]. R(ecipe) Bertolde[4], Io‹hannes[5]› Ostiensis[h].

---

[1] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*
[2] *Bologna, Emilia Romagna, Italien.*
[3] *1410 August 5.*
[4] *Bertoldus.*
[5] *Johannes de Broniaco*.

[a] *PL 647, VL 4990, Heiligenkreuz 268* et
[b] suos *fehlt PL 647, VL 4990*
[c] distantia *PL 647, VL 4990* instantia
[d] duodecim *VL 6165* XII
[e] computando *Paris 14457* comparando
[f] Baldassare *fehlt PL 647*
[g] nonis *Paris 14457* mense
[h] Rec. - Ostiensis *fehlt Paris 14457*

## Sequuntur alii articuli extra rotulum universitatis Parisiensis[a]

[a] Sequuntur - Parisiensis *Paris 14457*

### **139.** (ME 28)

Cum rotulum scriptorum litterarum apostolicarum familiarium nostrorum super gratiis beneficialibus eis per nos faciendis sub data nostre coronationis signaverimus et scriptores ipsi, qui tunc beneficia ecclesiastica obtinebant, ex certis causis litteras apostolicas super gratiis eis in dicto rotulo factis nondum potuerint facere expediri, nos, ne propterea ipsi in assecutione beneficiorum vigore gratiarum huiusmodi aliis, quibus sub simili data gratias fecimus et ‹qui› litteras ac processus super eis expediri et alias diligentias fecerunt, postponantur, volumus et motu proprio eisdem scriptoribus beneficiatis concedimus, quod quecumque diligentia per quoscumque alios similem datam habentes qualitercumque iam facta in assecutione beneficiorum ipsis quoquo modo non noceat.

### **140.** (ME 29)

Item, cum nos dilectis filiis doctoribus et magistris universitatis Parisiensis concesserimus, quod ipsi in assecutione beneficiorum vigore gratiarum per nos eis in suo rotulo factarum quibuscumque aliis personis etiam datam nostram habentes preferantur aliquibus, exceptis et specialiter duodecim scriptoribus per nos nominandis, hinc est, quod ipsorum XII scriptorum, quos *(!)* voluerint dicta prerogativa gaudere, nomina inferius describuntur. Que sint hec in Francia N. Dehubanto[1], P. de Irmi[?]llione[2]; in Alamania T. Fabri[3], Gerlacus[4]; in Aquitania I. Grasseti[5], A. Vannis[6]; in Normannia Io. Bassire[7], Io. de Mara[8], Ia. de Sonta[9]; in Britannia G. Audiod.[10], in Picardia Io. Pothon[11]; in Sabaudia P. Balanderii[12].

[1] *N. de Hubanto.*
[2] *P. de Irmi[?]llione.*
[3] *Theodericus Fabri von Cleve.*
[4] *Gerlacus.*
[5] *I. Grasseti.*
[6] *A. Vannis.*

[7] *Johannes Basire.*
[8] *Jo. de Mara.*
[9] *Ja. de Sonta.*
[10] *G. Audiod.*
[11] *Jo. Pothon.*
[12] *P. Balanderii.*

## **141.** (ME 30)

Item volumus litteras super supplicationibus cuilibet scriptorum Francie, Alamanie, Hispanie, Sabaudie, Lotharingie et Aquitanie et aliarum nationum ultramontanorum ad unum beneficium cum cura vel sine cura et duas collationes, ita quod canonicatus, prebenda ac dignitates, personatus etc. etiam in metropolitana vel alterum cathedralis ecclesie pro uno beneficio computentur, vel ad canonicatum sub expectatione prebende ac dignitatis alterum duarum ecclesiarum petitarum expediri cum non obstantibus suis declarandis ac clausulis opportunis etc.

Fiat ut petitur, etc.

---

## **142.** (ME 14)

PREROGATIVA UNIVERSITATI STUDII ANDEGAVENSIS[a] CONCESSA[b].

Dominus noster dominus Iohannes divina providentia papa XXIII, XIIII kalendas iunii pontificatus sui anno primo[1], universis doctoribus, licentiatis et baccalariis in studio Andegavense[2], quibus in quodam rotulo per eum sub data IIII kalendas iunii pontificatus et anni predictorum[3] signato gratias beneficiales fecit, gratiose concessit, quod in assecutione beneficiorum vigore gratiarum huiusmodi graduati non graduatis et magis graduati minus graduatis, ita quod illi, qui presentes tempore confectionis dicti rotuli in prefato studio reputantur, aliis, qui absentes reputati fuerunt, in maiori vel equali gradu preferantur, quacumque diligentia non obstante etc.

Presentata in Cancellaria, Rome, XV kalendas augusti anno II[c4].

[1] *1411 Mai 19*.
[2] *Angers, Pays de la Loire, Frankreich*.
[3] *1410 Mai 29*.
[4] *1411 Juli 18.*

[a] Andegavensis *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* Parisiensis
[b] Prerogativa - concessa *VL 6165*
[c] II *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* secundo

**143.** (HO 17)

Dominus noster a principio sue creationis et postea sepius in consistorio secreto et seorsum voluit uti regulis domini Gregorii XI et Urbani V etiam quoad reservationem et ordinationem et litteras in Cancellaria secundum eas expediri[a], donec per suas regulas et reformationes fuisset aliter ordinatum. Et sic in Cancellaria servatum est et infinite bulle etiam de beneficiis domini cardinalis sancti Angeli[1] et multorum aliorum fuerunt expedite, donec regule sue et reformationes fuerunt publicate, I‹ohannes› Ostiensis[2] etc.

---

[1] *Petrus de Stefaneschis*.
[2] *Johannes de Broniaco*.

---

[a] expediri *Trier 954* expedimus

**144.** (ME 1)

INTER PARISIENSES DE UNIVERSITATE GRADUATUS NON GRADUATO ET MAGIS GRADUATUS MINUS GRADUATO PREFERATUR, NON OBSTANTE DILIGENTIA[a].

Beatissime pater. Supplicant sanctitati vestre[b] devoti oratores vestri ambasciatores devote filie vestre universitatis Parisiensis, qui ultimate venerunt, quatenus semper ceteris paribus et in equali data ac etiam inter omnes habentes vel habituros datam concessam vel concedendam magistris in presenti rotulo dicte universitatis inscriptis[c] sit talis ordo, quod in assecutione beneficii vel beneficiorum graduatus non graduato et magis graduatus minus graduato preferatur, non obstante quacumque maiori diligentia vel expeditione bullarum[d], celeriori promulgatione vel fulminatione[e] processuum seu sententiarum, salvo tamen pro integre[f] articulo dicente, quod magistri, quos universitas reputat presentes, omnibus absentibus preferantur, dumtaxat veris familiaribus et continuis commensalibus pro suis personis et capacibus[g] regum et reginarum et ducum exceptis, inter quos familiares magistros in presenti rotulo universitatis inscriptos currat ius commune.

Concessum. Datum[h] Bononie[1], VI idus ianuarii anno primo[2].

---

[1] *Bologna, Emilia Romagna, Italien.*
[2] *1411 Januar 8.*

---

[a] Inter - diligentia *Berlin 861; VL 4990* Supplicatio universitatis Parisiensis*; VL 6165, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Wien 5102* Prerogativa universitati studii Parisiensis concessa
[b] sanctitati vestre *fehlt Berlin 861*
[c] inscriptis *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* inscriptus
[d] bullarum *PL 647, VL 4990* litterarum
[e] vel fulminatione *fehlt Heiligenkreuz 268, Wien 5102*

[f] integre *fehlt Wien 5102*
[g] capacibus *Berlin 861* taxaxibus *(!)*
[h] Datum *fehlt Berlin 861*

## **145.** (ME 2)

[QUOD MA]GISTRI ARTIUM PRESENTES [...] ADMITTANTUR [AD] ECCLESIAS CATHEDRALES EXCEPTIS IX.[a]

Item supplicant eidem sanctitati vestre, quod magistri in artibus Parisienses in presenti rotulo inscripti admittantur ad ecclesias cathedrales, non obstante quacumque constitutione aut regula in contrarium edita[b].

Concessum de[c] reputatis pro[d] presentibus, exceptis novem[e] ecclesiis cathedralibus excipi consuetis, in quibus admittantur baccalarii formati in theologia in dicto rotulo contenti.

Datum Bononie[1], VII[f] idus ianuarii anno primo[2].

[1] *Bologna, Emilia Romagna, Italien.*
[2] *1411 Januar 7.*

[a] Quod - IX *Köln 25b*
[b] edita *fehlt Berlin 861*
[c] de *PL 647, VL 4990, VL 6165* et
[d] pro *fehlt Wien 5102*
[e] novem *PL 647, Heiligenkreuz 268, Wien 5102* IX
[f] VII *Berlin 861* VI

## **146.** (HO 5)

MAGISTRI FACULTATIS MEDICINE PARISIUS GAUDEBUNT EISDEM PRIVILEGIIS, QUIBUS ALII IN EODEM STUDIO GRADUATI[a].

Item voluit, statuit et ordinavit etiam, quod omnes et singuli magistri facultatis medicine dicti studii Parisiensis omnibus illis[b] et singulis ac similibus honoribus, prerogativis ac favoribus in gratiis expectativis per ipsos ac pro ipsis obtentis et obtinendis ab ipso domino nostro uti et gaudere possint et debeant, quibus alii magistri, doctores, licentiati, baccalari formati in theologia ac doctores in iure canonico vel civili dicte universitatis studii Parisiensis etiam in rotulo universitatis dicti studii per ipsum dominum nostrum signato descripti gaudent et gaudere possunt et debent per formam quarumcumque regularum seu declarationum nostrarum[c] et Cancellarie nostre, regulis dicte Cancellarie per nos editis in contrarium seu aliter disponentibus nequaquam obstantibus.

Concessum, ut[d] supra[e], in omnibus, F‹ranciscus[f]› de Montepoliciano[1].

[1] *Francisciscus de Montepoliciano.*

[a] Magistri - graduati *Berlin 861*
[b] illis *fehlt Köln 25b*
[c] nostrarum *fehlt Berlin 861*
[d] ut *fehlt PL 647, VL 4990*
[e] supra *Wien 5102* extra
[f] Franciscus *Berlin 861* Fiat

**147.** (HO 28)

Dominus noster papa Iohannes XXIII voluit, precepit et mandavit, precipit atque mandat, quod de prerogativa per eum concessa doctoribus et magistris universitatis studii Parisiensis, que registrata est in Cancellaria in ipso registro, atque secretarii, et ubicumque registrata est, corrigantur, detrahantur et cancellentur verba, que sequuntur, „Aut non expressis[1]“ nec non illa verba „Vel in antea faciet et perinde valeat seu suumque debitum sortiatur effectum ab ipsius data, ac si illa verba numquam scripta aut expressa fuissent[2]“ etc.

Concessum, F‹ranciscus› de Montepoliciano[a3].

[1] *Vgl. HO 3*.
[2] *Textstelle nicht gefunden*.
[3] *Franciscus de Montepoliciano.*

[a] *Layoutendnote*

**148.** (OT 63)

CASSAT GRATIAS EXPECTATIVAS FACTAS IN REGNO SICILIE[a].

Item[b] idem dominus noster, die VI februarii pontificatus sui anno tertio[c1], declaravit[d] sue intentionis fuisse et existere quascumque gratias expectativas de quibuscumque beneficiis ad cuiuscumque seu quorumcumque regni Sicilie collationes, provisiones, presentationes, electiones seu quasvis alias dispositiones communiter vel divisim pertinentibus vacantibus vel vacaturis quibuscumque personis[e] per eum ante[f] datam XVI kalendas[g] iulii[h] proxime preteriti[2] quomodolibet[i] forsan concessas, factas aut signatas nec non litteras et processus habitos super eisdem aut etiam acceptationes et provisiones de beneficiis ipsis et quecumque inde secuta nullius[j] numquam fuisse vel existere roboris vel momenti.

[1] *1413 Februar 6.*
[2] *1412 Juni 16.*

[a] Cassat - Sicilie *Berlin 861; Heiligenkreuz 268, Wien 5102* Declaratio, quod gratie regni Sicilie sint nulle
[b] *VL 6165 am Kopf auf dem linken Rand* B‹artholomeus› de Montegontio
[c] tertio *Wien 5102* III
[d] declaravit *Berlin 861* declarationis
[e] personis *fehlt Berlin 861*
[f] ante *Heiligenkreuz 268* aut
[g] *Berlin 861 folgt* iunii
[h] iulii *Paris 1461* iunii
[i] quomodolibet *VL 2665* quemlibet
[j] nullius *fehlt Heiligenkreuz 268, Wien 5102*

## Prerogative concesse dominis de parlamento[a]

[a] Prerogative - parlamento *Paris 14457*

### **149.** (HO 13)

Prerogativa tenentium parlamentum Parisius et nepotum et filiorum ac fratrum laicorum parlamenti[a].

Sanctissimus dominus noster dominus Iohannes divina providentia[b] papa XXIII, idus decembris pontificatus sui anno tertio[c1], paterna consideratione diiudicans[d] precum[e] summam instantiam[f] carissimi in Christo filii Karoli[g] regis Francorum illustris pro infrascriptis gentibus tenentibus suum regium parlamentum Parisius et pro aliis factarum in eorum supplicationibus denotatis ac studia fructuosa, que gentes[h] parlamentum ipsum regium Parisius tenentes[i] pro statu et honore sancte matris ecclesie et sue sanctitatis assidua vigilantia impenderunt et impendere iugiter non tepescunt, volentes eosdem apostolicis gratiis, prerogativis ac favoribus specialibus confovere declaravit, statuit, voluit[j] et ordinavit, quod hac vice dumtaxat ipsis gentibus actu tenentibus parlamentum regium[k] Parisius, quorum nomina inferius denotantur, in assecutione beneficii seu beneficiorum, quod seu que vigore gratiarum eis per ipsum dominum nostrum factarum aut faciendarum expectant, nulli alii seu alius sub quacumque data pari vel maiori, qui[l] ab eodem domino nostro sub quavis forma verborum[m] gratias expectativas obtinuerunt, preiudicare valeant quovis modo nec preferri debeant - dominis cardinalibus ac ipsius domini nostri familiaribus domesticis continuis commensalibus, felicis recordationis Alexandri pape V[n] immediate predecessoris sui et sancte Romane ecclesie cardinalium in ipsorum Alexandri et[o] cardinalium principalibus rotulis inscriptis sive[p] actu ipsis cardinalibus similibus familiaribus[q] eis in curia servientibus, singulis duabus personis ecclesiasticis in rotulo conclavis inscrip-

[1] *1412 Dezember 13.*

tis, que in conclavi, in quo idem dominus noster fuit assumptus, eidem et singulis aliis in eo existentibus personaliter dominis cardinalibus[r] servierunt, protonotariis et contradictarum auditore, correctore[s], referendariis[t], subdiaconis, tribus acolitis, auditoribus Palatii apostolici, scriptoribus litterarum apostolicarum usque ad numerum XII[u] in Cancellaria nominandis, nepotibus dominorum cardinalium, fratribus, filiis et nepotibus regum, ducum, marchionum ac comitum, ambasciatoribus ipsorum regum, ducum, marchionum et comitum[v] ac etiam nuntiis universitatum generalium studiorum ad ipsum dominum nostrum destinatis, qui ambasciatores et nuntii personaliter se conspectui eiusdem domini nostri et primos rotulos et principales ipsorum eidem presentaverunt et in posterum presentabunt et quibus ambasciatoribus per eundem dominum nostrum de beneficiis vacantibus aut certo modo vacaturis non extitit provisum nec mandatum provideri et gratia sortita fuerit effectum, et ipsorum regum, reginarum, delphini et singulis singulorum ducum videlicet Bituricensis, Burgundie, Aurelianensis, Britanie, Turonie et Borbonii procuratoribus in Romana curia continue residentibus, familiaribus domesticis actu et[w] continuis servitiis insistentibus regum et[x] uxorum eorundem in principalibus suis rotulis inscriptis et quoad beneficia, que in regnis ipsorum regum et dominiis eorundem expectant et expectabunt, de cetero potioribus in data dumtaxat exceptis - et qui omnes et singuli supra specificati singulariter singuli actu suis servitiis insistebant ac qui familiares veri domestici et continui commensales expressorum erant tempore date rotuli predicti beneficiorum ecclesiasticorum capacibus[y] et pro se ipsis tantummodo et dumtaxat exceptis. Illis etiam ambasciatoribus et nuntiis predictis et quibusvis aliis personis superius expressis, quibus forsan dominus noster fecit gratias expectativas ad duo vel plura beneficia ad unam vel diversas collationes sive virtute unius et eiusdem gratie sive virtute diversarum gratiarum quoad unum beneficium dumtaxat per singulos vigore gratie[z] et gratiarum huiusmodi assequendum[aa], quo autem ad aliud vel alia, etiamsi alias essent dictis gentibus parlamentum huiusmodi tenentibus preferendi, noluit[bb] idem dominus noster eisdem preiudicari nec quod eis preferantur. Et hanc prerogativam idem dominus noster etiam extendi voluit ad filios, fratres et nepotes infrascriptorum laicorum tenentium parlamentum huiusmodi, quorum nomina infra denotantur, salvo et expresse reservato quod huiusmodi prerogativa pro filiis, fratribus et nepotibus dictorum laicorum non vendicet sibi locum contra universitatem Parisiensem aut ei supposita denotatos in rotulo dicte universitatis per ipsum dominum nostrum signato sive eos, qui ab eodem domino nostro gratias expectativas promeriti[cc] fuerint de universitate ipsa hactenus quomodolibet obtinere.

Hanc constitutionem mandavit dominus noster[dd] scribi et publicari in Cancellaria, die mercurii XII kalendas octobris anno quarto[2], Io‹hannes› Ostiensis[ee3].

---

[2] *1413 Oktober 12.*
[3] *Johannes de Broniaco.*

---

[a] Prerogativa - parlamenti *Berlin 861; Köln 25b* Prerogativa concessa tenentibus parlamentum regium Francie similis quasi universitati Parisiensi
[b] divina providentia *fehlt PL 647, VL 4990*
[c] tertio *Wien 5102* III
[d] *VL 6165, Heiligenkreuz 268, Wien 5102 folgt* ad
[e] precum *VL 6165* pretium
[f] instantium *Köln 25b* iustitiam
[g] Karoli *fehlt Heiligenkreuz 268, Wien 5102*
[h] gentes *PL 647* gentili
[i] tenentes *PL 647, VL 4990* tenentium
[j] voluit *fehlt PL 647, VL 4990*
[k] regium *fehlt Berlin 861*
[l] qui *Paris 14457* que
[m] sub - verborum *fehlt PL 647, VL 4990*
[n] V *Berlin 861* quinti
[o] pape - et *fehlt VL 6165*
[p] *PL 647, VL 4990 folgt* fraude
[q] familiaribus *fehlt Berlin 861*
[r] dominis cardinalibus *fehlt PL 647*
[s] correctore *Berlin 861* correctorum
[t] referendariis *Berlin 861* referendario
[u] XII *VL 4990, Köln 25b, Paris 14457* duodecim
[v] ambascatoribus - comitum *fehlt Berlin 861, Heiligenkreuz 268*
[w] continue - et *fehlt Wien 5102*
[x] *PL 647, VL 4990 folgt* ducum prefatorum ac
[y] capacibus *PL 647, VL 4990* capaces
[z] sive - gratie *fehlt Köln 25b*
[aa] quoad - assequend(um) *fehlt PL 647, VL 4990*
[bb] noluit *PL 647, VL 4990* voluit
[cc] promeriti *fehlt Heiligenkreuz 268, Wien 5102*
[dd] *Köln 25b folgt* papa
[ee] Hanc - Ostiensis *fehlt PL 647, VL 4990, Heiligenkreuz 268, Paris 14457, Wien 5102*

## **150.** (HO 14)

Soli clerici parlamentum Parisius tenentes illis de universitate preferuntur et non alii[a].

Item ad[b] omne dubium submovendum declaravit et statuit, quod in theologia et decretis doctoribus, medicina et artibus magistris[c] in rotulo universitatis studii Parisiensis per eum signato descriptis et in ipso studio tempore date ipsius[d] rotuli actu et sine fraude per universitatem ipsam presentibus reputatis[e] et qui in eadem huiusmodi gradum et gradus receperint, in assecutione beneficii seu beneficiorum predictorum nulli de gentibus[f] parlamenti prefati preferantur seu preferri debeant, nisi clerici existant parlamentum huiusmodi actu tenentes Parisius, sicut in prerogativa eidem universitati concessa continetur.

---

[a] Soli - alii *Berlin 861*
[b] ad *fehlt PL 647, VL 4990*
[c] magistris *PL 647, VL 4990* magistri
[d] ipsius *fehlt PL 647, VL 4990*
[e] reputatis *Paris 14457* deputatis
[f] de gentibus *Köln 25b* degentibus

**151.** (HO 20)

Item declaravit et voluit, quod, si qui de universitate Parisiensi prefata, qui vigore gratiarum expectativarum per ipsum dominum nostrum eis in dicto rotulo vel extra quomodolibet concessarum concurrerent in data cum ipsis gentibus parlamentum predictum tenentibus, quod dignior magis graduatus, non eque digno et graduato preferri debeat.

**152.** (HO 15)

[...] [...] (C/E)AS HAC VICE [...][a].

Item declaravit, voluit atque statuit, quod prerogative, indulta, privilegia et alia supra concessa per ipsum dominum nostrum clericis et aliis superius et inferius denotatis intelligantur et intelligi debeant esse concessa hac vice dumtaxat et non alias vel aliter ullo[b] modo.

---

[a] [...] | [...] (c/e)as hac vice | [...] *Köln 25b*
[b] ullo *PL 647, VL 4990* nullo

**153.** (HO 16(1))

QUOD HIC NOMINATIS ET IN FACULTATIBUS NON EXCEPTIS FACULTATES PREIUDICARE NON DEBEANT[a].

Item, quod, si contigisset aut[b] contingeret in futurum[c] prefatum dominum nostrum aliquibus archiepiscopis, episcopis, electis, administratoribus, abbatibus vel quibusvis aliis personis ecclesiasticis vel secularibus concessisse vel de cetero concedere facultatem nominandi aliquas personas ad beneficia ecclesiastica obtinenda ad collationem, presentationem, nominationem vel quamvis aliam dispositionem eorum vel aliorum pertinentia cum prerogativa, quod tales nominati vel nominandi alterius vicibus aut simpliciter auctoritate ipsius domini nostri expectantibus preferentur, talis prerogativa non noceat dictis consiliariis nec etiam quattuor[d] filiis dictorum presidentium nec non filiis, fratibus et nepotibus tam clericorum quam laicorum eorundem tenentium[e] parlamentum huiusmodi nec magistro

Nicolao de Baya diacono Cathalaunensis[1] diocesis licentiato in legibus et baccalario in decretis et magistro in artibus inferius denotatis.

[1] *Châlons sur Marne, $$$, Frankreich.*

[a] Quod - debeant *Berlin 861*
[b] *Berlin 861 folgt* actu
[c] in futurum *fehlt Heiligenkreuz 268, Paris 14457, Wien 5102*
[d] quattuor *Paris 14457* IIII
[e] tenentium *Berlin 861* tenentibus

**154.** (HO 16(2))

Hec sunt nomina clericorum tenentium Parisius regimen parlamentum, quibus prerogative in eorum gratiis expectativis sunt concesse, videlicet magister Johannes de Sancto Memmio Cathalaunensis[1] diocesis licentiatus in legibus baccalarius in decretis Caroli regis Francorum illustris consiliarius et primus presidens in camera inquestarum dicti parlamenti, magister Willelmus de Villaribus Trecensis[2] diocesis licentiatus in legibus dicti regis consiliarius ac etiam in dicta inquestarum camera presidens, magister Guillelmus de Saligione Lingonensis[3] diocesis in utroque iure licentiatus cum rigore examinis dicti regis consiliarius, magister Iohannes Andree de Claromonte licentiatus in legibus et baccalarius in decretis dicti regis consiliarius, magister Petrus de Ogero Silvanectensis[4] diocesis in utroque iure licentiatus dicti regis consiliarius, magister Iohannes de Vitriaco de Parisius licentiatus in legibus dicti regis consiliarius, magister Galterus Poncii in utroque iure licentiatus dicti regis consiliarius, magister Matheus Canuti in utroque iure licentiatus consiliarius dicti regis, magister Iohannes Mengin Bituricensis[5] diocesis licentiatus in legibus dicti regis consiliarius, magister Carolus de Vaudetur de Parisius licentiatus in legibus dicti regis consiliarius, magister Reginaldus Rabai in iure civili licentiatus, magister Matheus de Basto[a] in utroque iure licentiatus, magister Iohannes Mauloc de Parisius licentiatus in legibus et baccalarius in decretis, magister Nicolaus Froiwu[b] utriusque iuris doctor, magister Renulphus de Pecutia Lemovicensis[6] diocesis subdiaconus licentiatus in decretis et in iure civili baccalarius, magister Iohannes Charreton presbiter legum doctor, magister Adam de Kandibosco presbiter in utroque iure cum rigore examinis licentiatus, magister Guillelmus de Lannoi licentiatus in legibus et baccalarius in decretis, magister Iohannes de Nantodoro

[1] *Châlons sur Marne, $$$, Frankreich.*
[2] *Troyes, $$$, Frankreich.*
[3] *Langres, $$$, Frankreich.*
[4] *Senlis, $$$, Frankreich.*
[5] *Bourges, $$$, Frankreich.*
[6] *Limoges, $$$, Frankreich.*

de Parisius licentiatus et[c] baccalarius in legibus, magister Guillelmus de Gyato Eduensis[7] diocesis in legibus licentiatus et baccalarius in decretis, magister Stephanus Gamfridi Senonensis[8] diocesis licentiatus in legibus et baccalarius in decretis, magister Hector de Bosignaco de nobili genere procreatus licentiatus in legibus et baccalarius in decretis cum rigore examinis, magister Iohannes Taronne de Parisius licentiatus in legibus et baccalarius in decretis, magister Nicolaus Potani in legibus licentiatus, magister Guillelmus Guerun[d] magister in artibus et licentiatus in legibus et baccalarius in decretis, magister Philippus de Rulliaco licentiatus in legibus, magister Iacobus Braulardi de Cathalano licentiatus in utroque iure, magister Gerardus Perriere presbiter licentiatus in legibus, magister Clemens de Falkenberga Ambianensis[9] diocesis in utroque iurium licentiatus, magister Petrus Iohannes de Parisius licentiatus in legibus, magister Iohannes Mailli licentiatus sic ex nobili et militari etc., magister Philippus de Begne de Parisius licentiatus in legibus et baccalarius in decretis, magister Petrus de Iay licentiatus in legibus baccalarius in decretis[e], magister Nicolaus de Baya diaconus Cathalaunensis licentiatus in legibus et baccalarius in decretis ac magister in artibus dicti regis consiliarius, magister Philippus de Boscogillandi superadditus de mandato domini, XI iulii anno quinto[1], Bononie[a2].

---

[7] *Autun, $$$, Frankreich.*
[8] *Sens, $$$, Frankreich.*
[9] *Amiens, $$$, Frankreich.*

---

[a] Basto *VL 4990* Bosco
[b] Froiwu *VL 4990* Froillon
[c] licentiatus et *fehlt VL 4990*
[d] Guerun *VL 4990* Guermi
[e] magister Petrus - decretis *fehlt PL 647*
[1] *1414 Juli 12.*
[a] *Layoutendnote*
[2] *Bologna, Emilia Romagna, Italien.*

**155.** (HO 16(3))

Sequuntur nomina filiorum laicorum tenentium parlamentum regium Parisius, videlicet Iacobus Mangerii, Johannes de Nauthodoro[a], Petrus Fabri filius Petri Fabri superadditus primus quattuor filii presidentium, Philippus Audrant, Philippus de Nauthodoro[b], Nicolaus de Longolio, Petrus Mercatoris, Iohannes Sessardi, Iohannes Gentiani, Nicolaus de Gardo, Guillelmus de Beserna, Petrus de Longolio, Robertus Fabri, Nicolaus Caudelli, Guillelmus Porterii filii laicorum consiliariorum regis, Guido de Castro Persio, Petrus de Pilorio, Germanus Buserii nepotes laicorum.

---

[a] Nauthodoro *VL 4990* Nanthodoro

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[b] Nauthodoro *VL 4990* Nanthodoro

**Advisata per curiam parlamenti dandi reverendissimo patri domino Alamanno[1] cardinali Pisano, ut super hiis dignetur scribere domino nostro pape[a]**

[1] *Alamannus Aldimarius.*

[a] Advisata - pape *PL 647, VL 4990*

**156.** (ME 16)

Primo, quod nominationes concesse per dominum nostrum papam regi pro familiaribus suis non noceant gratiis factis dominis curie parlamenti tam clericis quam laicis ac filiis, fratribus et nepotibus eorundem, prout cavetur in quodam articulo prerogativarum concessarum eidem curie vel prout sint alias facte[a] per predecessores dicti domini nostri pape, qui in dictis nominationibus concessis regi comprehendantur domini de curia parlamenti, attentis pauco numero et statu personarum ac prerogativa officii et gradibus suis et quod primitus nominentur illi de curia, prout rationabile videtur et alias observatum est, saltem post IIII[b] clericos magistros requestarum hospitii regis, confessorem et elemosinarium regis[c], ut hactenus concessum fuit per bullam Clementis septimi in sua obedientia nuncupati.

[a] facte *PL 647* fam.*; VL 4990* frm.
[b] IIII *VL 4990* quattuor
[c] *PL 647*, *VL 4990 folgt* Concessum*, ein offenbar in den Text gerutschter Bewilligungsvermerk*

**157.** (ME 17)

Item, quod curia possit habere litteras prerogativarum sibi concessarum, que faciant fidem in iudicio et extra[a], quod ponantur et dentur in Cancellaria sub sigillo domini vicecancellarii vel regentis Cancellariam et quod in eis prerogativis domini laici et alii positi loco eorum et aliorum dominorum clericorum consiliariorum gaudeant prerogativis ipsorum clericorum absque preiudicio dictorum clericorum, prout fuit communiter observatum tempore aliorum summorum pontificum.

Concessum de filiis eorum omnium et de contentis in cedula directa per dominum cardinalem Pisanum apostolice sedis nuntium, qui sunt numero quattuordecim.

[a] *PL 647*, *VL 4990 folgt* Concessum*, ein offenbar in den Text gerutschter Bewilligungsvermerk*

**158.** (ME 18)

Item, quod mittantur ad Cancellariam alie prerogative, que non fuerunt admisse ad ipsam Cancellariam, que sunt registrate penes dominum F‹ranciscum› de Montepoliciano[1], quarum copia inferius est inserta et in libris Cancellarie scripta.

Concessum, quod mittantur, que misse non sunt, vel expediantur littere ipsorum secundum exigentiam prerogativarum ipsarum.

---

[1] *Franciscus de Montepoliciano.*

**159.** (ME 19)

Item, quod domini laici habeant pro eorum liberis et liberis liberorum suorum datam rotuli dicti domini nostri pape, qui sunt pauci in numero.

Concessum pro supra et infrascriptis et etiam pro filiis laicorum, qui non sunt presidentis[a], quod habeant datam VIII kalendas iunii et observetur prerogativa, quam nunc habent illi de curia parlamenti quoad omnia beneficia, que expectant.

---

[a] *PL 647*, *VL 4990 folgt* Concessum*, ein offenbar in den Text gerutschter Bewilligungsvermerk*

**160.** (ME 20)

Item, quod habeant prerogativam clericorum dicte curie quoad unum beneficium absque personatu vel dignitate in ecclesia cathedrali.

**161.** (HO 21)

Item voluit, statuit et ordinavit idem dominus noster similiter hac vice dumtaxat, quod clerici consiliarii actu tenentes parlamentum regium et IIII filii presidentis et grafferius in gratiis expectativis eorundem expediendis sub una bulla habeant ad duas collationes et duo beneficia, computando prebendam et dignitatem, personatum seu officium etc. pro uno beneficio[a].

---

[a] *Layoutendnote*

**162.** (HO 22)

Item modo simili, quod clerici consiliarii et grafferius prefati, si contingeret eos vel aliquem eorundem dignitates, personatus, parochiales ecclesias aut alia curata beneficia ecclesiastica cum predictis incompatibilia vigore gratiarum expectativarum aut alias canonice assequi, etiamsi in cathedralibus vel metropolitanis ecclesiis existerent seu, si iam assecuti

fuissent, illa aut eorum aliquod, quod usque ad duo incompatibilia cum aliis predictis iam assecutis et, que etiam assequi contingeret in futurum, quoad vixerint, valeant retinere. Si vero contingeret tertium incompatibile cum predictis prefatis aut eorum aliquem fuisse hactenus assecutum et etiamsi assequerentur de cetero, usque ad decennium dumtaxat huiusmodi tertium incompatibile beneficium libere retinere ‹possint›. Et predicta etiam vendicent sibi locum in IIII filiis presidentis prefatis, singula singulis referendo, prout de clericis et grafferio predictis exponitur, quoad duo beneficia dumtaxat[a].

---

[a] *Layoutendnote*

**163.** (HO 23)

Item declaravit modo simili et hac vice dumtaxat, quod supradicti clerici, IIII filii presidentis et grafferius supra denominati in eorum gratiis expectativis habeant et habere debeant datam VIII[1], filii vero, fratres et nepotes et consanguinei germani tam clericorum quam laicorum consiliariorum tenentium parlamentum huiusmodi nec non Iohannes Hutin et filius advocati regis Francie VII[2], alii vero videlicet clerici, officiarii, amici et dilecti dictorum consiliariorum et aliorum descripti in supplicatione dicti regis pro tenentibus dictum parlamentum VI kalendas iunii pontificatus prefati domini nostri anno primo[a3].

---

[1] *1410 Mai 25*.
[2] *1410 Mai 26*.
[3] *1410 Mai 27*.

---

[a] *Layoutendnote*

**164.** (HO 24)

Item declaravit, quod, si aliqui ex clericis supradictis non sunt graduati, ut quoad prebendas in cathedralibus seu metropolitanis ecclesiis obtinendas defectum patiebantur etatis, quod littere super gratiis eorundem cum dispensatione super utroque casu opportuna et, prout necesse fuerit, possint et debeant expediri[a].

---

[a] *Layoutendnote*

**165.** (HO 25)

Item, quod in expeditione litterarum pro singulis contentis in dicta rotuli supplicatione possint exprimi in confectione litterarum gradus, tituli, ordines, habilitates, inhabilitates, dispensationes, beneficia singula cum cura et sine cura, cuiuscumque qualitatis existant, non

obstantie et valor ipsorum et alia utilia et necessaria in litteris apostolicis exprimenda et, quod singuli beneficia, que obtinent, possint illa exprimere et retinere iuxta formam superius in precedentibus capitulis denotatis, constitutionibus et ordinationibus apostolicis, regulis Cancellarie et aliis in contrarium non obstantibus quibuscumque, et cum clausulis opportunis[a].

---

[a] *Layoutendnote*

**166.** (HO 26)

Item, quod, ‹si› aliqui ex dictis consiliariis seu aliis supra ‹et› infra nominatis non erant de parlamento vel clericali caractere insigniti seu defectum patiebantur etatis vel alias non erant tempore datarum in eorum gratiis concessis vel concedendis tales, quales in dicta supplicatione regis nominantur et tempore expeditionis litterarum super gratiis huiusmodi erant, quod gratie eorundem perinde valeant, ac si tales tempore datarum huiusmodi extitissent, constitutionibus et ordinationibus ac regulis Cancellarie predictis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque[a].

---

[a] *Layoutendnote*

**167.** (HO 27)

Item, quod[a] illi, qui erant tempore coronationis domini nostri pape consiliarii regis in dicta curia, qui non sunt[b] scripti in dictis prerogativis et qui erant de consiliariis clericis tempore coronationis pape, gaudeant prerogativis predictis, ac si nominati essent in dictis prerogativis respectu gratiarum expectativarum per papam sibi concessarum etiam extra rotulum dicte curie. Illi etiam, qui post presentationem dicti rotuli vel supplicationis regis pro dicta curia fuerunt recepti, similiter gaudeant gratiis et prerogativis antedictis et eorum loco nominati.

Concessum et insp(e)c(tum) pro duobus videlicet domino Nicolao de Ordemonte et magistro Philippo de Boscogillandi[c].

---

[a] quod *fehlt Paris 14457*
[b] sunt *fehlt PL 647, VL 4990*
[c] et in - Boscogillandi *fehlt Paris 14457*

**168.** (ME 21)

Item, quod, si domini ipsius curie velint, possint et debeant nominare loco suo aliquos suos liberos[a], fratres, nepotes vel consanguineos loco illorum mortuorum, quos prenominaverant et qui gratias suas non levaverant.

Concessum.

---

[a] liberos *VL 4990* libros

**169.** (ME 22)

Item, quod dominus noster papa dignetur declarare, quod in dictis prerogativis non habeant per dictas prerogativas maius privilegium contra dictos de curia, quod habebant ante tempus concessionis earundem prerogativarum, cum dicte prerogative fuerint concesse dumtaxat in favorem curie predicte et non dictarum personarum exceptarum, ita quod dicte persone exceptate[a] remaneant dumtaxat in dispositionem iuris communis cum dictis in curia, alias enim predicte prerogative non offerent emolumentum dictis de curia, sed detrimentum, quod est et esset contra intentionem pape.

Concessum, servato tamen effectu exceptionis.

---

[a] exceptate *PL 647* acceptate

**170.** (ME 23)

Item dignetur concedere, quod domini presidentes videlicet magister Petrus Fabri et magister Iohannes de Vayille, qui fuerunt facti presidentes dicte curie post concessionem dictarum prerogativarum et gratiarum huiusmodi habeant pro eorum liberis et perinde valeant, ac si tales extitissent tempore date concesse, quod isti et alii filii presidentis habeant prerogativam per omnia sicut clerici curie parlamenti.

**171.** (ME 24)

Item dignetur declarare, ut domini sancte Romane ecclesie cardinales non possint acceptare vigore gratiarum suarum expectativarum aliquam prebendam sive dignitatem saltem in preiudicium dictorum de curia parlamenti.

Concessum, quod locum sibi vendicent in gratiis expectativis concessis et concedendis ipsis cardinalibus certum valorem seu summam continentibus, in aliis autem non conces-

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

sis prout supra in modificatione in tredecim capitulis suprascriptis, die XI iulii anno quinto, Bononie[1], F‹ranciscus› de Montepoliciano[2].

Non dentur supradicte regule sub ista data, nisi ab illa, que incipit „Advisata“, Io‹hannes› Ostiensis[3].

[1] *Bologna, Emilia Romagna, Italien.*
[2] *Franciscus de Montepoliciano.*
[3] *Johannes de Broniaco.*

## **172.** (ME 25)

Nomina positorum loco dominorum laicorum in ultima cedula curie parlamenti directa per dominum cardinalem: Iacobus Margerii clericus Parisiensis filius primi presidentis, Iohannes de Nanthodoro filius quarti, Nicolaus de Longolio filius magistri Iohannis de Longolio primi consiliarii regis, Philippus Braque clericus Parisiensis loco magistri Reginaldi consiliarii, Gerardus de Bienturia filius magistri Nicolai, Guilielmus de Colseto filius magistri Guillelmi[a], frater Egidius de Ian nepos magistri Petri Bussire, qui non preiudicat universitati, Nicolaus Mercatoris filius magistri Andree Mercatoris, Iohannes Gentiani clerici Parisiensis filius magistri Ordardi Gentiani[b], Guillelmus de Beserna clericus Parisiensis filius magistri[c], Guillelmus Porterii clericus Parisiensis filius magistri Iohannis Porterii.

[a] de Colseto - Guillelmi *fehlt PL 647*
[b] Ordardi Gentiani *PL 647* Andree Mercatoris
[c] clericus - magistri fehlt *PL 647*

---

## **173.** (OT 56)

DATA IN PRIMA APERITIONE IN COMMUNI FORMA[a].

Item, die decima septima[b] mensis iunii[1], idem dominus noster fecit primam aperitionem[c] gratiarum in forma pauperum et voluit, quod duraret usque ad duos menses a dicta die computandum et quod primus habeat datam IIII[d] kalendas iunii[2] et secundus[e] tertio[f] kalendas iunii[g3] et tertius[h] pridie[i] kalendas[j4] et sic successive.

[1] *(1410) Juni 17.*
[2] *(1410) Mai 29.*
[3] *(1410) Mai 30.*
[4] *(1410) Mai 31.*

[a] Data - forma *Heiligenkreuz 268, Wien 5102*
[b] decima septima *PL 647, VL 2665, VL 4989, VL 4990, VL 6165, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, München 15601, Paris 1461, Wien 5102, Wien 5474* XVII

[c] aperitionem *VL 6165* operationem*; Kraków 407* apparitionem*; Kraków 1288* a petitionem
[d] IIII *VL 2665, Kraków 407* quarto*; VL 6165* quartam
[e] secundus *Heiligenkreuz 268* secundo
[f] tertio *PL 647, VL 4989, VL 4990, VL 6165, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, München 15601, Wien 5102, Wien 5474* III
[g] iunii *fehlt PL 647, VL 4990*
[h] tertius *Paris 1461* III
[i] pridie *PL 647, VL 4990* II*; Kraków 1288* die
[j] *VL 6165 folgt* iunii

## **174.** (OT 57)

CLAUSULA „BENE LEGERE ETC." NON PONATUR[a].

Die[b] octava[c] decembris[1] dominus corrector retulit in Cancellaria de mandato domini nostri pape et domini vicecancellarii, quod de cetero non ponatur clausula „Bene legere etc." in ultramontanis partibus[d].

[1] *(1410) Dezember 8.*

[a] Clausula - ponatur *Heiligenkreuz 268, Wien 5102; Köln 25b* Quod in litteris ultramontanorum non ponatur de cetero clausula „Bene legere"
[b] Die *Wien 5474* Item die
[c] octava *PL 647, VL 4990, VL 6165, Heiligenkreuz 268, Paris 1461, Wien 5102* VIII
[d] etc. - partibus *fehlt PL 647;* in - partibus *fehlt VL 4990*

## **175.** (OT 60)

REFORMATIO IOHANNIS XXIII IN CRASTINUM SUE ASSUMPTIONIS[a].

Sanctissimus in Christo pater et[b] dominus noster dominus[c] Iohannes papa XXIII in crastinum sue assumptionis[1] reservavit dispositioni sue quecumque beneficia ecclesiastica, que[d] familiares continui[e] commensales sancte Romane ecclesie cardinalium tunc obtinebant et in posterum obtinerent[f], quandocumque reservatione huiusmodi vellet uti, et deinde, videlicet[g] kalendis decembris pontificatus sui anno secundo[h2], huiusmodi reservationem ad canonicatus et prebendas, dignitates, personatus, administrationes et officia ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura secularia et regularia quorumcumque, qui tunc vivebant[i] et similes familiares dictorum cardinalium tunc viventium fuerant et a familiaritate huiusmodi recesserant, nec non illorum, qui erant vel essent eorundem vel pro[j] tempore[k] existentium cardinalium similes familiares et qui a familiaritate huiusmodi recederent, illa[l] videlicet, que durante illa familiaritate obtinuerant vel obtinerent,

[1] *Tag nach der Wahl = 1410 Mai 18.*
[2] *1411 Dezember 1.*

tunc vacantia et in posterum vacatura[m] cum similis[n] interpositione[o] decreti voluit extendi, quando[p] huiusmodi reservatione vellet uti.

Presentata et publicata in Cancellaria atque scripta in libro, die XIX[q] martii anno secundo[r3].

[3] *1412 März 19.*

[a] Reformatio - assumptionis *VL 4990; Köln 25b* [D]e reformatione beneficiorum f[amiliarium]
[b] in - et *fehlt PL 647, VL 4990*
[c] dominus *fehlt PL 647, VL 4990*
[d] *PL 647, VL 4990 folgt* sui
[e] *PL 647, VL 4990 folgt* et
[f] et in _ obtinerent *fehlt VL 4989*
[g] videlicet *VL 2665* VI
[h] secundo *PL 647* II
[i] vivebant *Berlin 861* veniebant
[j] pro *Wien 5474(b)* quod
[k] tempore *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* parte
[l] illa *fehlt Wien 5474(b)*
[m] vacatura *fehlt PL 647, VL 4990*
[n] similis *PL 647, VL 4989, VL 4990* simili
[o] interpositione *Berlin 861* interpretatione
[p] quando *PL 647* quin
[q] XIX *Köln 25b* decima nona
[r] Presentata - secundo *fehlt PL 647, VL 2665, VL 4989, VL 4990, Heiligenkreuz 268, Paris 14457, Wien 5102, Wien 5474(a+b);* secundo *VL 6165* II

## **176.** (OT 59)

RESERVAT BENEFICIA MORIENTIUM IN VIA, QUANDO VENIT DE BONONIA ROMAM[a].

Item, idem dominus noster, die iovis V[b] kalendas iunii pontificatus sui anno secundo[c1], Rome[d] apud Sanctum Petrum, declaravit sue intentionis fuisse omnia beneficia sequentium curiam morientium veniendo[e] de Bononia[2] Romam esse et fuisse reservata ac, si in via morirentur, perinde[f] esse, ac si in Romana curia decessissent.

[1] *1411 Mai 28.*
[2] *Bologna, Emilia Romagna, Italien.*

[a] Reservat - Romam *Köln 25b*
[b] V *VL 2665, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Wien 5102* quinto
[c] secundo *PL 647* II
[d] Rome *fehlt Berlin 861*
[e] veniendo *Berlin 861* moriendo
[f] perinde *Wien 5102* proinde

## **177.** (OT 61)

SUPER ECCLESIIS CATHEDRALIBUS ET ABBATIIS NON DEBENT LITTERE EX SUPPLICATIONIBUS EXPEDIRI[a].

Item[b], die octava[c] mensis februarii anno[d] millesimo CCCCXII[e1], dominus noster Iohannes papa XXIII precepit in presentia magistrorum T‹heoderici› de Niem[2], F‹ranciscus› de Montepoliciano[3] et T‹heoderici› Fabri[4] et mei Iohannis Basire[5], quod de cetero non expediantur littere super provisione cuiuscumque ecclesie vel monasterii per supplicationem per eum qualitercumque signatam vel signandam, et voluit, quod hoc in libro Cancellarie poneretur.

[1] *1412 Februar 8.*
[2] *Dietrich von Nieheim.*
[3] *Franciscus de Montepoliciano.*
[4] *Theodericus Fabri von Cleve.*
[5] *Johannes Basire.*

[a] Super - expediri *Berlin 861; Heiligenkreuz 268, Wien 5102* Provisiones non super supplicationibus*; Köln 25b* Quod non expediantur littere super provisione per supplicationem
[b] Item *fehlt PL 647, VL 4990, VL 6165, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Paris 1461, Wien 5102*
[c] octava *PL 647, VL 4990, VL 6165, Heiligenkreuz 268, Paris 1461, Wien 5102, Wien 5474* VIII*; VL 2665* VII
[d] *PL 647, VL 4990, VL 6165, Paris 1461, Wien 5474 folgt* domini
[e] millesimo CCCCXII *PL 647, VL 2665, VL 4990, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Paris 1461, Wien 5474* MCCCCXII*; VL 6165* millesimo quadringentesimo duodecimo

## **178.** (OT 62)

SUPER INDULGENTIIS LITTERE NON DEBENT EXPEDIRI CUM CLAUSULA „PERPETUE“, SED TANTUM AD X ANNOS[a].

Item, eadem die[b1], precepit, quod littere super[c] indulgentiis pro visitantibus ecclesias[d] etc. per eum qualitercumque concessis, etiamsi supplicationes sint signate in perpetuum, etiam per unam diem in perpetuum non expediantur, sed ad decennium dumtaxat.

[1] *(1412 Februar 8).*

[a] Super - annos *Berlin 861; Heiligenkreuz 268, Wien 5102* Indulgentie ad decennium
[b] die *Berlin 861* pridie
[c] super *Berlin 861* pro
[d] visitantibus ecclesias *PL 647, VL 4990, Heiligenkreuz 268, Wien 5102* visitandis ecclesiis

## **179.** (ME 9)

Cum dudum sanctissimus dominus noster Iohannes papa XXIII, kalendis septembris pontificatus sui anno tertio[1], universitati Parisiensi de speciali gratia ex certis causis concessit, quod in causis et litibus, quas supposita dicte universitatis agendo vel defendendo habebant in Romana curia, supersederetur omnino et supersedere mandasset ac quod nullatenus procederetur in illis usque ad quinque menses ex tunc immediate futuros et hoc eidem universitati per suas litteras intimasset, propter quod supposita in huiusmodi in illa

[1] *1413 September 1.*

dilation(e) confiden(tes) in causis illis diligentias facere et probationibus et aliis suis necessariis providere pretermiserunt et nihilominus auditores et iudices in causis huiusmodi deputati predicte concession(is) forsan ignari contra aut preter voluntatem dictorum suppositorum et in illorum preiudicium ac lesionem contra tenorem concessionis predicte in causis ipsis ad nonnullos actus et in aliquibus usque ad diffinitivam sententiam inclusive processerunt, ex quibus dicta universitas et eiusdem supposita predicta se lesos reputantes supplicarunt per eundem dominum nostrum adversus processus et sententias huiusmodi restituti, prefatus dominus noster certus de concessione et dilatione predictis volens illas plenum sortiri effectum et, ne pretextu confidentie dilationis per eum in favorem dicte universitatis et suppositorum predictorum concesse illis preiudicium sit allatum, prefati universitatis supposita adversus sententias et processus predictos et predictas contra eadem supposita et ipsis per alium legitime non defensis dicta dilatione pendente factas et latas scienter vel ignoranter ex certa scientia restituit et pro restitutis habere voluit per omnes iudices, apud quos dicte cause vertuntur, hoc modo videlicet quod ad omnem audientiam admittantur, ad quam admitti poterant, secundum statum causarum infra spatium illorum quinque mensium, non obstantibus processibus et sententiis vel postea promulgatis, quos tamen per hec scindere seu revocare non intendit, nisi quatenus forte ex noviter productis et probatis beneficio huiusmodi sue restitutionis rescindendi seu revocandi videbuntur iustitia mediante.

Datum et actum apud Sanctum Antonium extra muros Florentinum[2], VIII kalendas septembris pontificatus eiusdem domini nostri anno quarto[a3].

---

[2] *Florenz, Toskana, Italien.*
[3] *1414 August 25.*

---

[a] *Layoutendnote*

**180.** (OT 65)

Reservat beneficia familiarium Romanorum pontificum et eorum, quos Alexander litteris consortio suorum familiarium iunxerit[a].

Item idem dominus noster Iohannes papa XXIII, die XV kalendas[b] iunii anno domini millesimo CCCCX[c1], quia[d] omnia beneficia ecclesiastica[e] quorumcumque familiarium suorum continuorum commensalium tunc vacantia et in antea vacatura dispositioni sue reservaverat, etiam quecumque et qualiacumque beneficia ecclesiastica quorumcumque, qui illa ob-

tinentes[f] quorumlibet Romanorum pontificum predecessorum suorum vel pro Romanis[g] pontificibus[h] in suis obedientiis reputatis[i] similes familiares fuerint, et etiam quos felicis recordationis Alexander papa quintus[j] similiter ipsius predecessoris suorum[k] familiarium continuorum commensalium consortio, licet etiam actu tales non existerent, suis duxit[l] litteris aggregandos[m], cum interpositione decreti similiter[n] reservavit et, ne de reservatione huiusmodi in[o] futurum dubitaretur, voluit, videlicet[p] V[q] idus[r] iunii pontificatus sui anno quarto[s2], eam[t] in libro Cancellarie apostolice inter[u] alias ipsius constitutiones inscribi et declaravit etiam dicta die[v] XV[w] kalendas[3] sue intentionis et ex post fuisse et esse reservationem huiusmodi in omnibus et per omnia habere vigorem perinde, ac si dicta die XV kalendas[4] in dicto libro cum prima reservatione predicta[x] scripta et in eadem Cancellaria, ut moris est[y], publicata fuisset[z].

Fiat, B‹aldassare›[aa5].

Ita[bb] ordinavit et mandavit idem dominus noster papa, V[cc] idus martii anno quarto[dd6], Io‹hannes› Ostiensis[ee7].

Publicata est in Cancellaria, VI idus[ff] aprilis anno quarto[gg8], Io‹hannes› Ostiensis[hh].

---

[1] *1410 Mai 18.*
[2] *1413 Juni 9.*
[3] *1410 Mai 18.*
[4] *1410 Mai 18.*
[5] *Baldassare Cossa = Johannes XXIII.*
[6] *1414 März 11.*
[7] *Johannes de Broniaco.*
[8] *1414 April 8.*

---

[a] Reservat - iunxerit *Berlin 861; Heiligenkreuz 268(a), Wien 5102(a)* Reservatio familiarium omnium summorum pontificum et reputatorum pro pontificibus*; Köln 25b(a)* Reservat beneficia familiarium predecessoruum suorum Romanorum pontificum sicut suorum familiarium*; Köln 25b(b)* Reservat etiam beneficia illorum, quos Alexander V per bullas familiares fecit*; Paris 1461* Attende*; Wien 5102(b)* Reservatio familiarium aggregatorum per Alexandrum*; Wolfenbüttel 361* Principium huius quere supra folio 117 *(= alte Foliierung; dieser Handschriftenteil heute verschollen)*
[b] kalendas *fehlt PL 647(a), VL 4990(a)*
[c] millesimo CCCCX *PL 647(a+b), VL 4989(a+b), VL 4990(a+b), Heiligenkreuz 268(a+b), Köln 25b(a+b), Paris 1461, Paris 14457, Wien 5474* MCCCCX*; VL 2665(a+b)* millesimo quadringentesimo decimo
[d] quia *PL 647(a+b), VL 2665(a+b), VL 4989(a), VL 4990(a+b), Heiligenkreuz 268(a), Köln 25b(a), Paris 1461, Paris 14457, Wien 5102(a+b)* qua*;* quia *fehlt VL 4989(b), Heiligenkreuz 268(b), Wien 5102(b)*
[e] ecclesiastica *fehlt Berlin 861, Paris 1461*
[f] qui - obtinentes *fehlt Berlin 861, Paris 1461*
[g] Item - Romanis fehlt *Wolfenbüttel 361*
[h] predecessorum - pontificibus *fehlt VL 4989(a)*
[i] suorum - reputatis *fehlt Berlin 861*
[j] quintus *PL 647(b), VL 4990(b), Heiligenkreuz 268(b), Köln 25b(b), Paris 1461, Wien 5102(b), Wien 5474* V, *Wolfenbüttel 361*
[k] suorum *fehlt Wolfenbüttel 361*
[l] duxit *Berlin 861* dumtaxat

[m] et etiam - aggregandos *fehlt PL 647(a), VL 2665(a), VL 4989(a), VL 4990(a), Heiligenkreuz 268(a), Köln 25b(a), Paris 14457, Wien 5102(a)*
[n] suis duxit - similiter *fehlt PL 647(b), VL 4990(b)*
[o] *VL 4990(a) folgt* omnibus
[p] videlicet *Wolfenbüttel 361* Urbanus
[q] V *VL 2665(a)* quinto
[r] idus *fehlt VL 2665(b)*
[s] quarto *PL 647(a+b), VL 4990(a+b), Wien 5102(a+b)* IIII
[t] eam *Berlin 861, Paris 1461* etiam; *VL 4989* tam
[u] inter *Wolfenbüttel 361* ante
[v] dicta die *fehlt Berlin 861, Paris 1461*
[w] XV *Wien 5474* V
[x] predicta *fehlt Berlin 861*
[y] ut - est *fehlt Berlin 861, Paris 1461*
[z] fuisset *Berlin 861* fuissent
[aa] Fiat Baldassare *fehlt Berlin 861, PL 647(a), VL 2665(a), VL 4989(a), VL 4990(a), Heiligenkreuz 268(a), Köln 25b(a), Paris 1461, Paris 14457, Wien 5102(a), Wien 5474;* Baldassare *PL 647(b)* eis; *Heiligenkreuz 268(b), Wien 5102(b)* etc.
[bb] Ita *Wien 5102* Item
[cc] V *VL 2665, Paris 1461* quinto
[dd] quarto *Wien 5474* IIII
[ee] Ita - Ostiensis *fehlt Berlin 861, PL 647(b), VL 2665(b), VL 4989(b), VL 4990(b), Heiligenkreuz 268(b), Köln 25b(b), Wien 5102(b), Wolfenbüttel 361*
[ff] *Wolfenbüttel 361 folgt* iunii *(!)*
[gg] quarto *PL 647(b), Wien 5102(b)* IIII
[hh] Publicata - Ostiensis *fehlt Berlin 861, PL 647(a), VL 2665(a), VL 4989(a), VL 4990(a), Heiligenkreuz 268(a), Köln 25b(a), Paris 1461, Paris 14457, Wien 5102(a)*

## **181.** (OT 64)

QUOD IN GRATIIS CARDINALIUM EXSPECTATIVIS NON CADANT ECCLESIE PAROCHIALES NEC OFFICIA CLAUSTRALIA NEQUE BENEFICIA ALIA, QUORUM FRUCTUS IN PORTATIS NON VALERENT ‹LXX› LIBRARUM TURONENSIUM PARVORUM[a].

Sanctissimus in Christo pater[b] dominus Iohannes papa XXIII[c], nonis[d] octobris pontificatus sui anno quarto[e1], circa gratias expectativas per eum quibusvis sancte Romane ecclesie[f] cardinalibus sub[g] quibuscumque verborum formis aut in eis adiectis clausulis concessas sic[h] consulta deliberatione providit, voluit, declaravit et decrevit, quod in gratiis ipsis vel sub eis aut earum aliqua parochiales ecclesie ac officia claustralia locorum regularium, cuiuscumque taxe vel valoris fructus etc. ipsorum[i] existerent[j], nec non beneficia quecumque et qualiacumque, quorum fructus etc. LXX librarum Turonensium parvorum non valerent annuatim[k] in portatis[l], nequaquam debere comprehendi sive censeri comprehensa. Et idem voluit in futuris, si que fiant, similiter observari.

[1] *1413 Oktober 7.*

[a] Quod - parvorum *Berlin 861*
[b] in - pater *fehlt PL 647, VL 4989, VL 4990, dafür folgt* noster
[c] Sanctissimus - XXIII *Wien 5474* Item idem dominus noster

[d] nonis *Wien 5474* IX
[e] quarto *PL 647, VL 4990, Wien 5102* IIII
[f] ecclesie *fehlt Heiligenkreuz 268, Wien 5102*
[g] sub *fehlt VL 6165*
[h] sic *Paris 1461* sive
[i] fructus - ipsorum *fehlt Paris 1461, Wien 5474*
[j] cuiuscumque - existerent *fehlt VL 6165, Köln 25b*
[k] non valerent annuatim *VL 6165, Paris 1461* secundum communem extimationem valorem annuum non excederent
[l] in portatis *fehlt VL 6165*

**182.** (ME 10)

Item, anno domini millesimo CCCCXI, die XXVI octobris[1], voluit et ordinavit solutionem annatarum fieri Camere apostolice in hunc modum: In primo bulle de resignationibus fiendis extra curia de beneficiis non reservatis obligent se in forma consueta, sed bulle de beneficiis impetratis per assecutionem, si sunt reservata, solvant, si non, secus, excepto quando quis huiusmodi beneficium assequi debeat vigore gratie expectative[a].

[1] *1411 Oktober 26.*

[a] *Layoutendnote*

**183.** (ME 11)

Item, quod bulle per privationem quecumque vel qualiacumque solvant. Item bulle super gratiis „Si neutri“ solvant, si ponantur clausule generales in bullis, etiamsi reservat(..), devolut(..) etc. Similiter solvat, si impetret beneficium huiusmodi simpliciter tamquam reservatum vel devolutum. Item surrogationes solvant. Item bulle unionum solvant. Item littere de permutationibus, que fiunt in Romana curia, de beneficiis non reservatis, dummodo in illis partibus sint collectores, non solvunt.

**184.** (ME 12)

Item, anno domini millesimo CCCCXII mensis februarii, die VIII[1], voluit et ordinavit, quod bulle surrogationum et „Si neutri“ beneficiorum quorumcumque iam ad Cameram ipsam portate et deinde portande partibus restituantur, dummodo in eisdem bullis reservatio alia generalis quam etiam per litis penden(tis) non narretur, illas autem bullas, in quibus de aliqua generali reservatione explicite vel implicite fit mentio, restitui voluit sine/sive solution(e) vacant(..)[a].

[1] *1412 Februar 8.*

[a] *Layoutendnote*

## **185.** (ME 13)[1]

Item voluit dominus noster Iohannes[a] XXIII, quod de cetero auditores Palatii apostolici per se examinent vel sint presentes in examinatione[b].

[1] *Identisch mit Gregor XI. Nr. 78K.*

[a] Iohannes *Paris 14457* papa
[b] examinatione *Paris 14457* examine

## **186.** (OT 67)

DE VERISIMILI ANTICIPATIONE ET DIE OBITUS[a].

Sanctissimus dominus noster dominus Iohannes divina providentia[b] papa XXIII[c], ut[d] in habendis beneficiis ecclesiasticis fraudes evitentur serveturque conscientie puritas ac[e] ambitionis via[f] ambitiosis[g] precludatur, XIII[h] kalendas maii pontificatus sui anno quarto[i1], tunc omnibus in Romana curia existentibus sancte Romane ecclesie cardinalibus presentibus sue intentionis existere declaravit, statuitque voluit et ordinavit, quod quecumque gratie de quibusvis ecclesiasticis[j] beneficiis secularibus vel regularibus ordinum quorumcumque cum cura vel sine cura tamquam vacantibus quibusvis personis deinceps sub quacumque data faciende, nisi tempore[k] date gratiarum huiusmodi ipsorum beneficiorum vacationum[l] notitia de locis, apud que tunc vacaverunt, ad ipsius domini nostri verisimiliter potuisset devenire auditum, et quecumque inde secuta nullius existere roboris vel momenti.

[1] *1414 April 19.*

[a] De - obitus *Berlin 861; Heiligenkreuz 268* Notitia a distante loco*; Köln 25b* [...] nisi tempore date in beneficiis vacantibus eff[...] t(antu)m [...] vi[...] [v]aca[verunt] ad ipsius auditum poterat p[rovenir]e [...]a gratia sit nulla*; Wolfenbüttel 361* Declarat gratias de vacantibus factas sub data, infra quam non potuit haberi notitia vacationis in curia, non valere
[b] divina providentia *fehlt PL 647, VL 2665, VL 4990*
[c] XXIII *VL 4990* XXIIII
[d] ut *fehlt Wien 5474*
[e] ac *VL 2665* ut
[f] via *fehlt Wien 5102*
[g] ambitiosis *fehlt Berlin 861*
[h] XIII *PL 647* XVI
[i] quarto *PL 647, VL 4990, Wien 5102* IIII
[j] ecclesiasticis *VL 2665* ecclesiis
[k] tempore *VL 2665, Wien 5102* ipse
[l] vacationum *VL 4989* vacantium

## **187.** (OT 68)

EXTENDIT RESERVATIONEM BENEFICIORUM MORIENTIUM INFRA II DIETAS A CURIA AD II DIETAS A LOCO, UBI PAPA CAUSA RECREATIONIS ACCEDERET[a].

Sanctissimus dominus noster dominus Iohannes papa XXIII in sui apostolatus primordiis, videlicet XV kalendas iunii anno domini millesimo quadringentesimo decimo[b1], fecit similes reservationes illis, que[c] in constitutione felicis recordationis Benedicti pape XII, que incipit „Ad regimen[2]“, continentur[d], in qua inter[e] cetera omnes canonicatus et prebendas[f] ceteraque beneficia ecclesiastica[g] secularia et regularia cum cura vel sine cura ubicumque consistentia quorumcumque pro quibusvis negotiis ad Romanam curiam venientium vel recedentium[h] ab eadem, si[i] in locis ultra duas[j] dietas ab ipsa curia non distantibus iam obierint vel eos decedere contingeret, dispositioni apostolice reservantur, et deinde, videlicet nonis iunii pontificatus sui anno quarto[k3], cum interpositione decreti declaravit dicta die XV kalendas[4] sue intentionis fuisse et tunc existere huiusmodi reservationem[l] in similibus vel dissimilibus beneficiis quorumcumque similiter ad dictam curiam seu ipsum dominum nostrum venientium vel recedentium de ipsa vel ipso, qui in[m] loco, ad[n] quem idem dominus noster[o] de eadem curia recreationis[p], necessitatis vel alia quacumque causa quotienscumque accederet vel moraretur, vel in aliis locis ab eodem loco ultra similes duas[q] dietas non distantibus mori[r] contingeret, locum habere.

---

[1] *1410 Mai 18.*
[2] *= Benedikt XII. Nr. 35B; vgl. oben Nr. 1.*
[3] *1413 Juni 5.*
[4] *(1410 Mai 18).*

---

[a] Extendit - accederet *Köln 25b; Wolfenbüttel 361* Vult observari reservationes constitutionis „Ad regimen“ et etiam de duabus dietis etc.
[b] millesimo - decimo *PL 647, VL 4989, VL 4990, Heiligenkreuz 268* MCCCCX
[c] XV - que *fehlt Wien 5102*
[d] continentur *Heiligenkreuz 268* contumacie*; Wien 5102* continentie
[e] inter *Wien 5474* in
[f] et prebendas *fehlt Heiligenkreuz 268*
[g] ecclesiastica *fehlt Köln 25b*
[h] recedentium *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* dedentium *(!); Wien 5474* reducentium
[i] si *fehlt VL 2665, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Wien 5102, Wien 5474*
[j] duas *Köln 25b* II
[k] quarto *PL 647, VL 4990, Wien 5102* IIII
[l] reservationem *Wien 5474* reformationem
[m] qui in fehlt *VL 2665; VL 4989, Heiligenkreuz 268, Wien 5102, Wolfenbüttel 361* sito in
[n] ad *fehlt VL 2665*
[o] noster *Heiligenkreuz 268, Wien 5102 folgt* videtur
[p] recreationis *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* remeationis
[q] duas *Köln 25b* II
[r] mori *PL 647* non

**188.** (OT 69)

CASSAT PROCESSUS FACTOS PER COMMISSARIOS SUOS A DIE RECESSUS SUI AB URBE USQUE AD DIEM, QUA APPARUIT CURIA SUA IN BONONIA[a].

Dominus noster dominus Iohannes papa[b] XXIII, VI[c] idus martii pontificatus sui anno quarto[d1], ex certa scientia cassavit, irritavit et annullavit ac pro cassis, nullis et irritis haberi voluit et penitus pro infectis omnes et singulas sententias tam[e] interlocutorias quam[f] diffinitivas ac quoscumque processus et actus iudiciales sive censuras ecclesiasticas cum omnibus et singulis exinde qualitercumque secutis per quoscumque sacri Palatii apostolici causarum[g] auditores aut alios in Romana curia commissarios deputatos[h] vel eorum quemlibet in quibuscumque causis tam principalibus quam appellationum et aliis quibuscumque coram eis et quolibet eorum vigore quarumcumque commissionum etiam per sanctitatem[i] suam factarum vertentibus[j] qualitercumque latas, promulgatas, factas et decretas a die recessus dicti domini nostri pape ab Urbe, que dies fuit VI idus iunii eodem anno[2], usque ad diem translationis curie Romane a dicta Urbe ad civitatem Bononiensem[3] inclusive, que fuit die iovis XVI[k] mensis novembris anno et pontificatu predictis[l4], ad quos vel ad quas pars, contra quam late, promulgate, facte sive decrete fuerunt, alias legitime citata non fuerit nisi per Audientiam contradictarum, habens et haberi volens ex simili scientia omnia et singula hic pro sufficienter expressis.

---

[1] *1414 März 10.*
[2] *(1414) Juni 8.*
[3] *Bologna, Emilia Romagna, Italien.*
[4] *1413 November 16*.

---

[a] Cassat - Bononia *Wolfenbüttel 361; Köln 25b* Irritat sententias latas per Audientiam contradictarum a die recessus de Urbe usque ad diem translationis curie de dicta Urbe [ad] Bononiam
[b] papa *fehlt PL 647, VL 4990*
[c] VI *VL 4989, Wolfenbüttel 361* V
[d] quarto *PL 647, VL 4990, Wien 5102* IIII
[e] tam *Heiligenkreuz 268* qui*; Wien 5102* quem
[f] quam *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* tam
[g] causarum *fehlt VL 4989, Heiligenkreuz 268, Wien 5102, Wolfenbüttel 361*
[h] deputatos *fehlt VL 4989, Wolfenbüttel 361*
[i] per sanctitatem *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* pro sanctitate
[j] vertentibus *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* vocentibus *(!)*
[k] die - XVI *Wien 5474* quinta decima
[l] die iovis - predictis *fehlt VL 4989, Heiligenkreuz 268, Köln 25b, Wien 5102, Wolfenbüttel 361;* anno - predictis *fehlt Wien 5474*

## **189.** (OT 70)

QUOD IN PREROGATIVIS ET ANTELATIONIBUS DOMINI CARDINALES PREFERANTUR, ETIAMSI MENTIO VEL NON DE IPSIS FIAT[a].

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

Cum nos plerisque ex venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus pro supportandis eis iugiter incumbentibus oneribus[b] diversas[c] super expectativis gratiis cum nonnullis prerogativis et antelationibus ad ipsarum gratiarum sortiendum[d] effectum litteras[e] sub[f] diversis aut similibus datis duxerimus concedendas et in quibusdam ex dictis litteris a prefatis prerogativis alii cardinales excipiuntur, in aliis vero litteris de exceptione huiusmodi nulla habita mentione, propter quod ab aliquibus dubitatur, utrum prerogative et antelationes huiusmodi nullam exceptionem habentes alios cardinales comprehendant, sic quod cardinales ipsi illarum prerogativarum exceptionem huiusmodi non habentium vigore[g] aliis cardinalibus in assequendis beneficiis expectativis etiam[h] sub data priori preferantur, nos ad omne ambiguitatis scrupulum submovendum[i] motu proprio et ex certa scientia declaramus et decernimus nostre intentionis et voluntatis in concessione[j] gratiarum ac litterarum huiusmodi fuisse et esse prerogativas et antelationes[k] huiusmodi etiam nullam exceptionem habentes alios quam cardinales, dumtaxat non autem[l] cardinales comprehendere aut illis preiudicare, sed illos ex ipsis cardinalibus, qui data priori aut alio iuris communis[m] gaudent adminiculo, secundum iuris communis dispositionem preferri et inter illos ordinem secundum[n] ius commune[o] in assequendis[p] beneficiis observari, non obstantibus prerogativis et antelationibus[q] huiusmodi, nisi in ipsis etiam, quod aliis cardinalibus preferantur, caveatur[r] expresse[s].

Presentata in Cancellaria idus augusti anno quinto[t].

---

[a] Quod - fiat *Wolfenbüttel 361*
[b] oneribus *VL 4989* omnibus
[c] diversas *Wolfenbüttel 361* diversis
[d] sortiendum *PL 647, VL 4990, Wien 5102* sortiendis
[e] litteras *PL 647, VL 4990* litteris
[f] sub *VL 4989* super
[g] vigore *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* vigeret
[h] etiam *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* omnia
[i] submovendum *PL 647, VL 4990* promovendum*; VL 2665* submoriendum
[j] *Heiligenkreuz 268, Wien 5102 folgt* beneficiorum
[k] antelationes *Heiligenkreuz 268* annullationes
[l] autem *VL 4989* ante
[m] communis *PL 647* omnis
[n] iuris communis dispositionem - secundum *fehlt VL 2665*
[o] commune *Heiligenkreuz 268, Wien 5102* totum
[p] assequendis *VL 4989* obsequendis
[q] antelationibus *Heiligenkreuz 268* annullationibus
[r] caveatur *VL 4989, Wolfenbüttel 361* teneatur
[s] expresse *fehlt Heiligenkreuz 268, Wien 5102*
[t] Presentata - quinto *fehlt PL 647, VL 2665, VL 4990, Heiligenkreuz 268, Wien 5102*

**190.** (OT 71)

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

IMPETRANS DEBET UNA EXPECTATIVA ESSE CONTENTUS[a].

Sanctissimus dominus noster Iohannes papa XXIII, die XIIII[b] mensis decembris pontificatus sui anno quinto[1], Constantie[2], in consistorio publico[c] declaravit a primordiis sue assumptionis ad summi apostolatus apicem[3] et ex post sue intentionis fuisse et tunc[d] existere, quod nullus secularis vel[e] regularis, cuiuscumque status, nobilitatis, gradus vel conditionis existeret, duabus gratiis beneficialibus[f] expectativis[g] de canonicatu seu canonicatibus sub[h] expectatione prebende vel prebendarum seu portionis[i] vel[j] portionum[k] ac dignitatis vel dignitatum etc. seu de beneficio seu beneficiis secularibus vel regularibus sive sub eadem[l] aut diversis datis ad eius vel aliorum[m] petitionem seu[n] motu proprio per eundem dominum nostrum papam forsan factis gauderet vel uteretur, sed[o] illa dumtaxat uti[p] possit, quam per prius ratam[q] habuisset, nisi huiusmodi gratia de data ulteriori, postquam prior gratia suum saltem quoad acceptationem et provisionem sortita fuerat effectum, sibi facta foret vel nisi forsan ei concessum existeret, quod una ex dictis duabus gratiis, non obstante quod aliam etiam minoris date ratam et gratam per prius habuisset, uti posset[r], huiusmodi gratia prius rata[s] habita et secutis ex[t] ea cassatis. Sub hac autem declaratione idem dominus noster voluit et decrevit et similiter[u] declaravit huiusmodi gratiarum expectativarum validarum extensiones ad beneficia seu canonicatus et prebendas, dignitates etc. nullatenus debere comprehendi, sed[v] easdem[w] extensiones in suo robore permanere, ac si presens declaratio nullatenus emanasset. Quam quidem declarationem etiam in similibus vel dissimilibus per eum forsan faciendis gratiis expectativis et extensionibus voluit et decrevit locum habere.

Ita mandavit dominus noster, Io‹hannes› Ostiensis[x4].

Publicata Constantie, die XXV[y] februarii[z] anno domini millesimo CCCCXV[aa5]. Ita est in libro Cancellarie, Io‹hannes› Ostiensis[bb].

---

[1] *1414 Dezember 14*.
[2] *Konstanz, Baden-Württemberg, Deutschland*.
[3] *1410 Mai 25.*
[4] *Johannes de Broniaco*.
[5] *1415 Februar 25.*

---

[a] Impetrans - contentus *Berlin 861 und darunter* Actus consequens non est constitutio, *was sich wohl auf das* actus *am Blattrand auf der Höhe von* quam per prius ratam habuisset *bezieht; Heiligenkreuz 268* Declaratio*; Köln 25b* Quod quis non debeat uti duabus gratiis expectativis*; Wolfenbüttel 361* Quod nullus habeat duas gratias expectativas. Idem de extensionibus
[b] die XIIII *fehlt VL 4989, Wolfenbüttel 361;* XIIII *Paris 14457* quartadecima*; Wien 5102* XIII
[c] publico *VL 4989* publice
[d] tunc *Wien 5474* nunc
[e] vel *fehlt Berlin 861*

[f] beneficialibus *VL 2665* specialibus
[g] expectativis *Berlin 861* expectativas
[h] sub *Berlin 861* vel
[i] portionis *Wien 5102* positionis
[j] portionis vel *fehlt Berlin 861*
[k] vel portionum *fehlt Wien 5102*
[l] etc. - eadem *fehlt Wien 5102*
[m] aliorum *PL 647, VL 4990* eorum
[n] seu *Berlin 861* se
[o] sed *VL 2665* si
[p] uti *PL 647* ut
[q] *Paris 14457 folgt* et gratam
[r] uti posset *fehlt Heiligenkreuz 268, Wien 5102*
[s] rata *fehlt PL 647, VL 2665, VL 4989, VL 4990, Heiligenkreuz 268, Paris 14457, Wien 5102, Wolfenbüttel 361*
[t] ex *Berlin 861* ab
[u] similiter *VL 4989, Wolfenbüttel 361* firmiter
[v] sed *VL 2665* si
[w] easdem *Berlin 861* ea
[x] Ita - Ostiensis *fehlt VL 4989, Paris 14457, Wolfenbüttel 361; Köln 25b folgt* presentata et
[y] *Berlin 861 mit Verweiszeichen über* XXV *auf den linken Rand, wo* quinto kalendas martii pontificatus sui anno quinto *steht*
[z] februarii *Köln 25b* ianuarii
[aa] millesimo CCCCXV *Köln 25b, Wien 5474* MCCCCXV
[bb] Publicata - Ostiensis *fehlt PL 647, VL 2665, VL 4989, VL 4990, Heiligenkreuz 268, Paris 14457, Wien 5102, Wolfenbüttel 361;* Ita - Ostiensis *fehlt Köln 25b, Wien 5474*

**191.**

Expliciunt constitutiones Iohannis pape XXIII[a].

[a] Expliciunt - XXIII *Paris 1461; München 15601* Expliciunt regule domini Iohannis pape vicesimi tertii de anno primo facte, scripte Rome per Iohannem Wirffrössel de Kynnsee, ein alter, guter Geselle*; Paris 5223* Expliciunt regule*; Paris 14457* finis*; Wolfenbüttel 441* et sic habetis finem constitutionum

## Extravaganten

### **192.** (= WI 1)

***Reg. Vat. 340-342 $$$****; **Wolfenbüttel 361**, fol. 29v-30v;* ***Druck:** Chartularium universitatis Parisiensis 4, S. 181f. Nr. 1887 (nach anderer Vorlage und mit dem Datum 1410 Juni 1).*

Iohannes etc. Ad futuram rei memoriam. In apostolice sedis specula licet immeriti disponente domino constituti ad procurandum cunctis fidelibus pacis commoda libenter intendimus eorumque scandalis, quantum possumus obviamus. Dudum siquidem, cum querela dilectorum filiorum fratrum ordinum predicatorum et minorum nec non heremitarum sancti Augustini ac beate Marie de Monte Carmelo ad felicis recordationis Alexandri pape V predecessoris nostri perduxisset auditum, quod nonnulli clerici et ecclesiastice persone ac utriusque sexus homines certos articulos, quos idem fratres dicebant erroneos, tan-

gen(tes) materiam Cle(mentine)[1] dudum in preiudicium ipsorum fratrum construere publice presumebant, prefatus Alexander predecessor, IIII idus octobris pontificatus sui anno primo[2], per suas certi tenoris litteras, qui incipiunt „Regnans in excelsis", certo modo super hoc providit ac disposuit, prout in eisdem litteris plenius continetur. Cum autem, prout nuper nobis qui, dicto Alexandro predecessore, sicut domino placuit, sublato de medio, sumus divina favente clementia ad apicem summi apostolatus assumpti, non sine gravi mentis turbatione innotuit, in diversis mundi partibus inter alios christifideles ac ipsos fratres occasione publicationis dictarum litterarum magna scandala sint exorta, et nisi super hiis de opportuno remedio celeriter provideatur, maiora timeantur verisimiliter in posterum exoriri, nos super hiis, prout ex debito nobis immeriti pastoralis tenemur officii[a] salubriter providere et scandalis huiusmodi obviare cupientes, volumus et apostolica auctoritate de fratrum nostrorum consilio tenore presentium decernimus, quod partibus ipsis nec non rebus, iuribus et causis, de quibus in eisdem litteris sit mentio, in eodem statu per omnia remanentibus, prout erant ante confectionem dictarum litterarum, predicte littere ac processus habiti per easdem et quecumque inde secuta ex nunc in antea perinde habeantur, ac si littere et processus huiusmodi nullatenus emanassent, districtius inhibentes, ne quis in posterum dictis predecessoris nostri litteris uti aut earum auctoritate vel vigore inniti presumant. Nulli ergo etc. nostre voluntatis, constitutiones et inhibitiones infringere etc. Si quis autem etc. excommunicationis sententiam et indignationem etc. Datum Bononie, V kalendas iunii anno primo[3].

---

[1] *$$$.*
[2] *1409 Oktober 12.*
[3] *1410 Mai 28.*

---

[a] officii *Wolfenbüttel 361 folgt erneut* tenemur [!]

## **193.** (ME 4**)**

***Oxford 23**, fol. 323v; **Trier 947**, fol. 109r-109v.*

(1) Prima data[a] videlicet VIII kalendas iunii[1] sit pro familiaribus commensalibus domini nostri pape.

(2) Secunda data videlicet VII kalendas iunii[2] sit pro familiaribus commensalibus pape defuncti usque ad numerum XV.

(3) Eadem sit illorum, qui fuerunt in conclave pro personis earum, si sint clerici[b].

---

[1] *1410 Mai 25.*
[2] *1410 Mai 26.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

(4) Tertia data videlicet VI kalendas iunii[3] sit dominorum cardinalium pro rotulis principalibus eorum, ita quod non proponunt pro quolibet nisi XXX personas[c].

(5) Quarta data videlicet V kalendas iunii[4] sit regum videlicet CC[d] pro rege Francie et Anglie[e] et pro aliis regibus C[f].

(6) Quinta data videlicet IIII kalendas iunii[5] sit pro universitate Parisiense[g] pro magistris et baccalariis formatis in theologia et doctoribus in iure et[h] magistris in medicina et magistris in artibus regentibus[i], qui legerunt per quinquennium et rexerunt[j], et[k] qui omnes[l] in dicta universitate[m] existunt.

(7) In[n] eadem data erunt duces de prosapia regali et imperiali pro LX personis dumtaxat et electores imperii totidem, alii magni principes pro XXX personis[o], et pro primogenitis regni Francie et Anglie et ducibus[p] Bituricensi[6] et Burgundie[7] pro C personis[q].

(8)[r] In[s] eadem data concurrunt illi de parlamento pro se, filiis vel nepotibus ex[t] fratre vel sorore.

(9) Item in eadem data concurrunt litterarum apostolicarum scriptores et XII abbreviatores ex sufficientioribus, qui non sunt scriptores.

(10) Sexta data videlicet III kalendas iunii[8] sit aliarum universitatum et aliorum de universitate[u] Parisiensium, qui in quinta data non comprehenduntur, ita tamen quod ceteris paribus Parisienses preferantur. Et hoc intelligatur de presentibus in studio dumtaxat.

(11) In[v] eadem data sexta concurrunt magni principes et magni prelati et magistri sancti Iohannis Ierosolimitani de Prussia.

(12) In[w] eadem[x] data concurrunt etiam prelati presentes pro X[y] personis commensalibus pro quolibet eorum[z].

(13) Septima data videlicet II[aa] kalendas iunii[9] sit comitum et prelatorum absentium[bb] et baronum nobilium pro XX personis.

(14)[cc] In[dd] eadem data[ee] concurrunt domini cardinales pro dilectis eorum pro LX personis pro quolibet tantum[ff].

(15) In eadem data concurrunt magni principes pro dilectis eorum.

---

[3] *1410 Mai 27.*
[4] *1410 Mai 28.*
[5] *1410 Mai 29.*
[6] *Jean, 1360-1416 Herzog von Berry.*
[7] *Johann Ohnefurcht, 1404-1419 Herzog von Burgund.*
[8] *1410 Mai 30.*
[9] *1410 Mai 31.*

(16) Item pauperes in communi forma habeant primus datam universitatis ceteris paribus[gg], secundus secundam post[hh] datam universitatum. Presentes in curia graduati habeant datam et prerogativam, in quibus sunt graduati.

(17) Rotulus camerarii[ii] domini nostri pape habeat quartam datam[jj10] pro XX personis.

(18) Item[kk] septem primi protonotarii et corrector[ll] litterarum apostolicarum habeant pro personis eorum[mm] datam pape[nn11] ad duas collationes et ad duo beneficia.

(19) Alii vero protonotarii habeant cardinalium videlicet III dat(am)[oo12].

(20) Auditores sacri Palatii habeant pro personis eorum datam conclavis videlicet secundam datam[pp13] ad duas collationes et ad duo beneficia in Alamania ac in Italia et in aliis partibus ad duas collationes et ad unum beneficium.

(21)[qq] Subdiaconi pape habeant primam datam, videlicet VIII kalendas iunii, ad duas collationes et ad duo beneficia.

(22) Item[rr] acoliti pape graduati habeant datam regum[ss14] et alii acoliti non graduati habeant universitatum[tt15].

(23) Item[uu] clerici Camere apostolice[vv] habeant datam sicut Anglici[ww16].

(24) Item[xx] registratores utriusque registri habeant sicut acoliti[yy17].

(25) Item capellani commensales habeant datam universitatum[zz18].

(26) Similiter[aaa] omnes officiarii pro personis eorum, et nullus[bbb] loco sui alium surroget.

(26) Item[ccc] regine et alie illustres habeant datam virorum pro media parte personarum, quas habent viri eorum.

---

[10] *1410 Mai 28*.
[11] *1410 Mai 25.*
[12] *1410 Mai 27.*
[13] *1410 Mai 26.*
[14] *1410 Mai 28*.
[15] *1410 Mai 29.*
[16] *1410 Mai 29*.
[17] *1410 Mai 29*.
[18] *1410 Mai 29.*

---

[a] data *fehlt Oxford 23*
[b] Eadem - clerici *fehlt Trier 947*
[c] quod - personas *Oxford 23* tamen quod quilibet eorum ponat
[d] CC *fehlt Oxford 23*
[e] *Oxford 23 folgt* pro CC personis
[f] C *Oxford 23* centum
[g] *Oxford 23 folgt* videlicet
[h] doctoribus - et *fehlt Oxford 23*
[i] et magistris in artibus regentibus *fehlt Oxford 23*
[j] et rexerunt *fehlt Oxford 23*
[k] *Oxford 23 folgt* saltem
[l] omnes *fehlt Oxford 23*
[m] *Oxford 23 folgt* presentes

---

[n] *Oxford 23* Item in
[o] electores - et *fehlt Oxford 23*
[p] ducibus *Oxford 23* dominorum
[q] personis *fehlt Trier 947*
[r] *(8) in Oxford 23 erst nach (9)*
[s] *Oxford 23* Item in
[t] ex *Trier 947* in
[u] et - universitate *fehlt Trier 947*
[v] *Oxford 23* Item in
[w] *Oxford 23* Item in
[x] *Oxford 23 folgt* sexta
[y] X *Oxford 23* XX
[z] pro quolibet eorum *fehlt Trier 947*
[aa] II *Oxford 23* secunda
[bb] absentium *fehlt Oxford 23*
[cc] *(14) in Oxford 23 erst nach (15)*
[dd] *Oxford 23* Item in
[ee] *Oxford 23 folgt* septima
[ff] pro - tantum *Oxford 23* pro quolibet cardinali LX personis
[gg] ceteris paribus *Trier 947* Parisiensis
[hh] post *fehlt Trier 947*
[ii] camerarii *Oxford 23* tamen
[jj] *Oxford 23 folgt* videlicet V kalendas iunii
[kk] Item *fehlt Oxford 23*
[ll] corrector *Oxford 23* correctores
[mm] personis eorum *Oxford 23* suis
[nn] datam pape *Oxford 23* primam datam, videlicet VIII kalendas iunii
[oo] cardinalium - datam *Oxford 23* datam cardinalium, que est III, videlicet VI kalendas iunii
[pp] videlicet - datam *Oxford 23* que est secunda, videlicet VII kalendas iunii
[qq] *(21) fehlt Trier 947*
[rr] Item *fehlt Oxford 23*
[ss] *Oxford 23 folgt* que est quarta, videlicet V kalendas iunii
[tt] universitatum *Oxford 23* datam universitatum, videlicet IIII kalendas iunii
[uu] Item *Oxford 23* Simili modo
[vv] apostolice *fehlt Oxford 23*
[ww] datam - Anglici *Oxford 23* videlicet IIII kalendas
[xx] Item *fehlt Oxford 23*
[yy] *Oxford 23 folgt* videlicet IIII kalendas iunii
[zz] *Oxford 23 folgt* videlicet V datam, scilicet IIII kalendas iunii
[aaa] Similiter *Trier 947* Et
[bbb] *Oxford 23 folgt* eorum
[ccc] Item *fehlt Oxford 23*

## **194. (**ME 26**)**

***Reg. Vat. 340-342 $$$ (nicht in RV 341, 343-347); Paris 14457**, fol. 315r **(**nachgetragen nach OT 55 und vor OT 58 [1. Fassung])*

Iohannes episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Provisionis nostre debet pervenire subsidio, ut dubia, que ex gratiis per nos concessis emergere possent, ad obviand(um) scandalis et litibus nostre in..dinem declarentur. Hodie siquidem dilecto filio tali etc. canonico Rothomagensi canonicatum ecclesie Rothomagensis cum plenitudine iuris canonici apostolica auctoritate contulimus et de illo etiam propter providimus ac prebendam eiusdem ecclesie, si qua vacabat tunc vel cum vacaret, quam ipse talis per se vel procura-

torem suum ad hoc legitime constitutum infra certi temporis spatium duxeret acceptand(am), conferendam eidem tali post acceptationem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinentiis suis auctoritate[a] apostolica reservavimus, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum autem nos nonnullis aliis persone de canonicatibus sub expectationibus prebendarum dicte ecclesie duxerimus providend(..), nos eidem tali, qui magr. etc., ne propterea effectus dictarum litterarum sibi concessarum valeat retardari seu quomodolibet impediri, super hoc providere volen(tes), motu proprio non ad ipsius talis vel alterius pro eo nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate auctoritate predicta tenore presentium declaramus nostre intentionis fuisse et esse, quod d(ic)tis tal(..) omnibus et singulis quibuscumque nominibus nuncupentur seu quavis prefulgeant dignitate aut (con)s(ili)o in dicta ecclesia prebendam expectanti, etiamsi in canonicos fuerint iam recepti, sub expecta(tio)ne ipsarum preben(..) et cum ipso tali in data concurrentibus, etiamsi in presentando litterarum eorum et illarum executionem fieri, petendo seu acceptando prebendas huiusmodi eodem tali diligentiores seu aliquo actu sibi pares fuerint, in assecutione huiusmodi preben(..) vacan(..) seu prim.. vacatur(..), quem, ut prefertur, acceptaverunt? et de qua fecerint sibi provideri preferatur, quoque idem talis omnibus privilegiis, immunitatibus, prerogativis et indultis per nos dilectis magistris et doctoribus universitatis studii Parisiensis, de cuius gremio fore dignoscitur, seu aliquibus eorum in genere vel in specie sub quacumque forma et expressione verborum concessis seu in posterum concedendis uti et gaudere possit et debeat, sicut illi magistri et doctores predicti gaudent seu poterint et gaudebunt seu potientur quomodolibet in futurum, decernentes irritum et inane, quidquid in contrarium a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam etc.

---

[a] auctoritate *Paris 14457* donat(i)o

**195.** (ME 31)

***(Nicht in RV 341, 343-347)*; *Paris 14457*, *fol. 322r-323v;* **Teildruck:** *Bulaeus, Historia universitatis Parisiensis 5 S. 232-234. Grau markiertes in Paris 14457 verdeckt..*

Iohannes episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Decens censemus et congruum equitati, ut, que per sancte Romane ecclesie cardinalem apostoliceque sedis nuntium pro statu et honore nostro et Romane[a] ecclesie ac pro conservatione iurium dilectorum filiorum doctorum et magistrorum ac suppositorum universitatis Parisiensis, ad quos gessimus et gerimus paterne dilectionis affectum, licet facultas per nostras litteras

specialis perantea concessa non fuerit, provide facta sunt, ut illibata consistant illis, adiciamus apostolici roboris firmitatem. Hinc est, quod nos premissorum intuitu et ex certis aliis rationabilibus causis animum nostrum ad hoc inducentibus litteras dilecti filii nostri Alamanni[1] tituli sancti Eusebii presbiteri cardinalis et iam pridem ad carissimum in Christo filium nostrum Carolum[2] regem Francie illustrem ac provincias, civitates et dioceses Remensem[3], Senonensem[4] et Rothomagensem[5] apostolice sedis nuntii cum plena potestate legati de latere per nos destinati super nonnullis causis, processibus et sententiis beneficia concernentibus et qui possent concernere prefatos doctores, magistros et supposita dicte universitatis concess(a), quarum litterarum tenorem et formam de verbo ad verbum omissa totali subscriptione notarii inferius fecimus annotari et omnia et singula in dictis contenta litteris cum modificatione inscripta auctoritate apostolica et ex certa scientia motu proprio non ad alicuius super hoc nobis oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate tenore presentium confirmamus et presentis scripti patrocinio committimus supplend(os) omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, et nihilominus mandamus et volumus litteras huiusmodi et contenta in illis scientia, motu et auctoritate predictis iuxta ipsorum exigentiam et tenorem per omnes et ab omnibus inviolabiliter exequi et observari, volentes nihilominus et statuentes motu, scientia et auctoritate predictis, quod, si quis ex doctoribus et magistris aut suppositis prefatis defendentibus in antea aliquam ex huiusmodi causis ad eorum vel alicuius instantiam per appellationem vel alias in Romana curia vel ad ipsam introducerunt, cause huiusmodi per eos sic introducte non debeant ad ipsorum instantiam vigore dictarum litterarum ulterius remitti Par(isius) quoquo modo, decernentes ex nunc irritum et inane, si secus in premissis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus vel in posterum contingerit quomodolibet attemptari, constitutionibus apostolicis nec non processibus et sententiis factis et latis super hiis nec non faciendis et ferendis et aliis contrariis, etiamsi de eis eorumque totis tenoribus ac de verbo ad verbum in nostris litteris habenda erit mentio specialis, non obstantibus quibuscumque. Tenor autem dictarum litterarum sequitur et est talis: „In nomine Domini amen. Pridem, cum sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Iohannes divina providentia papa XXIII nos Alamannum miseratione divina tituli sancti Eusebii[b] sacrosancte Romane ecclesie presbiterum cardinalem Pisanum ad serenissimum prin-

---

[1] *Alamannus Aldimarius.*
[2] *Karl VI., 1380-1422 König von Frankreich*.
[3] *Reims, Champagne-Ardenne, Frankreich*.
[4] *Sens, Burgund, Frankreich.*
[5] *Rouen, Haute-Normandie, Frankreich.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

cipem et dominum nostrum Carolum divina favente clementia regem Francorum ac provincias, civitates et dioceses Remensem, Senonensem et Rothomagensem apostolice sedis nuntium cum plena potestate legati de latere pro quibusdam magnis et arduis Romane[c] ecclesie negotiis destinaret, volensque ex[d] tunc ad terminum in antea computandum, ut[e] magistri et doctores universitatis[f] studii Parisiensis in rotulo dicte universitatis contenti ac pro presentibus actu et sine fraude reputati pro causis beneficialibus, que vigore gratiarum expectativarum in dicto rotulo contentarum, quod ex tunc in antea emergerent vel quod tunc essent in prima instantia in Romana curia vel in prima instantia citra appellationem reposita et secundum formam et tenorem constitutionis sue super hoc sub data secunde diei mensis maii pontificatus sui anno tertio[6] facte, cuius tenor talis est: *(es folgt Nr. 82)* et quod extra muros Parisienses minime traherentur, sed ibi tractarentur, deciderentur et finirentur ac omni modo terminarentur etiam usque ad tertiam diffinitivam sententiam et finalem conclusionem[g], causis reverendissimorum in Christo patrum et dominorum sancte Romane ecclesie cardinalium ac eos seu eorum aliquem tangentibus, motis vel movendis dumtaxat exceptis, nobisque, qui tunc de proximo ad dictas provincias venturi eramus et huiusmodi causas per nos vel deputandos a nobis audiremus, decideremus et fine debito terminaremus, plenam et liberam per suas litteras apostolicas sub data „Rome apud Sanctum Petrum, kalendis maii pontificatus sui anno tertio[7]" concessit facultatem. Cum autem postmodum propter lamentabilem casum urbis Romane ac propter varias necessitates Romane ecclesie et domino nostro incumbentes nostrum adventum distulimus usque ad decimam octavam diem mensis februarii proxime preteriti[8], propter quod cause huiusmodi a nobis vel deputandis a nobis interim iuxta ipsarum litterarum apostolicarum continentiam tractari minime potuerunt et a tempore date ipsarum usque in presentem diem cause huiusmodi tam ille, que tunc in Romana curia in prima instantia pendebant, quam ille, que postmodum adversus ipsos magistros et doctores mote fuerunt, minime sint remisse ad partes tractande, prout in prefatis litteris continetur, sed in Romana curia tractate et alique finite et determinate dicantur in grave damnum et preiudicium illorum de universitate prefata, qui huiusmodi adventum nostrum dedit in diem, expectabant de dicta facultate confidentes. Nos attendentes voluntatem domini nostri prefati fuisse et esse, quod omnes cause huiusmodi a tempore date dictarum litterarum tam ille, que tunc in prima pendebant instantia in Romana curia, quam ille, que postmodum infra dictum ter-

[6] *1413 Mai 2.*
[7] *1413 Mai 1.*
[8] *1414 Februar 18.*

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

minum moverentur adversus magistros et doctores prefatos, Parisius cum effectu remittterentur per nos vel per episcopum Parisiensem, cui etiam cognoscendi de huius(modi?) causis similem facultatem concessit, tractande et finiende, et considerantes, quod minime iustum est, quod illi detrimenta patiantur ac iuribus suis privantur, qui nostrum cotidie expectantes adventum et de indulto apostolico confidentes dictas causas suas in principali exequi ac iura sua ad curiam mittere omiserunt, et propterea volentes doctorum et magistrorum eorundem indemnitati // consulere omnibus melioribus modo et forma, quibus possumus, attenta constitutione predicta, omnes et singulas predictas causas beneficiales ex gratiis dicti rotuli exortas vel descendentes, que tempore date ipsarum litterarum in Romana curia coram quocumque iudice vel auditore in prima instantia pendebant adversus illos de universitate prefata, ac etiam illas, in quibus lata fuerit prima diffinitiva sententia, que preter appellationem fuerit revocata et in statum ante conclusionem cause reposita, etiam illas causas, que interim usque ad presentem diem mote sunt contra eos aut dicto terminali tempore movebuntur, nec non etiam eas, que propter alterius partium appellationem fuerint ad dictam curiam introducte et devolute seu introduci aut devolvi contigerit, etiamsi in eis usque ad tertiam diffinitivam sententiam processum fuisset et super ipsas iam executorie in Cancellaria expedite fuissent et illarum auctoritate iam processus decreti fuissent, - causis prefatorum dominorum cardinalium seu eos vel eorum aliquem tangentibus, motis vel movendis, ut prefertur, exceptis - ad nos advocamus, modo et forma quibus supra, intra muros Parisienses tractandas, terminandas et finiendas etiam usque ad finalem et tertiam sententiam diffinitivam inclusive, omni appellatione extra ipsos muros eo iure remota, ac intra predictos muros Parisienses tractandas, terminandas et finiendas etiam usque ad tertiam sententiam diffinitivam et finalem inclusive remissas et pro remissis esse declaramus tenore presentium et decernimus ac cassamus, irritamus et annullamus omnes et singulas sententias et processus, procurationes et appellationes, taxationes, monitiones et omnia alia, que inde secuta sunt aut in futurum sequi possent, ac irritas et cassas nuntiamus et nullius esse roboris decernimus vel momenti factas, latas et interiectas[h] post predictam commissionem seu constitutionem ac eosdem magistros et doctores restituimus presentium tenore et reintegramus ac reponimus in eum statum quoad causas prelibatas et quecumque inde secuta, quo erant tempore date dictarum commissionis et constitutionis, mandantes omnes et singulas prefatas causas coram nobis vel per nos deputandis seu coram episcopo Parisiense vel deputandis per eum in eo statu et reassumi debent et pro reassumptis reputati, in quo erant tempore dicte constitutionis per eundem dominum nostrum papam concesse aut in predictis causis terminos a principio

causarum reassumi et reincipi debere, parte adversa ad hoc revocata. Volumus autem, quod, si contigerit disceptari vel in dubium revocari, an prefati magistri et doctores sint de prefata universitate Parisiense et in rotulo per prefatum sanctissimum dominum nostrum doctoribus in theologia et decretis, in medicina et artibus magistris concesso descripti et pro presentibus actu et sine fraude reputati vel aliquis ipsorum seu de eorum generum[i] et colla(tioni)bus, an sint de eodem rotulo, quod stetur in Romana curia descriptio in ipsius rotuli copia[j], in quo omnes descripti sunt tam absentes quam presentes seu pro presentibus reputati adeo, quod eo ipso, quod procurator universitatis prefate vel aliquo modo citat(e) docuerit per inspectionem dicti rotuli, cuius copia ponetur in Audientia contradictarum et causarum Palatii apostolici, citatum esse descriptum in dicto rotulo, et nihilominus probaverit ipsum presentem fuisse tempore date dicti rotuli vel pro presenti actu et sine fraude reputatum, per litteras nostras aut per litteras universitatis vel alias legitima eius causa intelligatur etiam Parisius remissa, omni appellatione cessante, et auditor seu iudex nullo modo in causa ipsa procedere teneatur. In civitate autem Parisiense, si talis disceptatio vel oppositio facta fuerit seu emerserit, stetur similiter inspectioni et discretioni dicti rotuli, cuius quidem rotuli copia de dicta curia sub sigillo domini cancellarii transmittetur, et nihilominus // ultra descriptionem rotuli probare teneatur, quod fuerit presens tempore date dicti rotuli vel pro presenti actu et sine fraude per dictam universitatem reputatus, a cuius quidem rotuli descriptione nullatenus appellatur. Decernentes ex nunc modo et forma premissis irritum et inane, si secus in premissis aut aliquo premissorum actum fuerit seu contigerit quomodolibet attemptari. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorem presentes litteras sive presens publicum instrumentum huiusmodi nostram declarationem in se continentes sive continens exinde fieri et per Conradum notarium publicum nostrumque et huiusmodi cause coram nobis scribam infrascriptum subscribi et publicari mandavimus nostrique sigilli iussimus appensione communiri. Lecta, lata et in scriptis promulagata fuit hec presens declaratio nostra per nos Alamannum cardinalem et nuntium prefatum, Parisius in domo[k] habitationis nostre, nobis inibi hora primarum vel quasi ad iura reddendum pro tribunali sedentibus, sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo quartodecimo, indictione septima, die vero lune sexta(deci)ma mensis aprilis, pontificatus prefati domini nostri Iohannis pape XXIII anno quarto[9], presentibus ibidem venerabilibus et discretis viris dominis Thoma de Berengariis[10] legum et Thoma de

[9] *1414 April 16.*
[10] *Thomas de Berengariis.*

Aurelia[11] utriusque iuris doctoribus auditoribus Lucane ac Steph(an)o Died.... ca...noskis Aretine ecclesiarum canonicis testibus ad premissis vocatis specialiter et rogatis. Et ego Conradus etc.“ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis, communitionis, suppletionis, mandati, voluntatis, statuti et decreti infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis ‹Dei› et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Bononie, III idus iunii pontificatus nostri anno quinto[l][12].

---

[11] *Thomas de Aurelia.*
[12] *1414 Juni 11.*

---

[a] Romane *Paris 14457* ratione
[b] *Bulaeus folgt* eiusdem
[c] Romane *Paris 14457* ratione
[d] ex *Bulaeus* ad
[e] ut *fehlt Paris 14457*
[f] universitatis *fehlt Bulaeus*
[g] conclusionem *Paris 14457* inclusione
[h] interiectas *Paris 14457* intergectas *(!)*
[i] generum *Bulaeus* genere
[j] copia *fehlt Paris 14457*
[k] *Paris 14457 folgt* [...] domo
[l] presentibus - quinto *fehlt Bulaeus*

## **196.** (ME 27)

***Reg. Lat. $$$; (nicht in RV 341, 343-347); Paris 14457**, fol. 339v.*

Iohannes episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad dilectos filios clerum regni Francie et Delphinatus Viennensis eorum exigentibus meritis atque fide paternum dirigentes intuitum hac pre[senti] constitutione declaramus, ordinamus et volumus, deinceps in regno Francie et Delphinatu Viennen. prefatis, quantum ad beneficia in posterum vacatura uti tantummodo ab reservationibus iuris ... / et aliis contentis in extravaganti felicis recordationis Benedicti pape XII predecessoris nostri, que incipit „Ad regimen[1]“ etc. ac etiam ecclesiarum cathedralium et monasteriorum virorum, quo[rum] valor annuus secundum taxam decime centum librarum Turonensium parvorum vel ultra existeret, ac prio[ratuum] conventualium et primarum dignitatum post pontificalem in cathedralibus ac principalium [in] collegiatis ecclesiis nec non beneficiorum quorumcumque verorum familiarium et continuorum commen[salium] tam nostrorum quam venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium, ubicumque beneficia [huiusmodi] / vacare contigerit, quovis modo. Et hoc volumus et mandamus tam in Cancellaria nostra a iudiciis

---

[1] *= Benedikt XII. Nr. 35B.*

quam alibi ubilibet observari. Nulli ergo omnino hominum ‹liceat› hanc paginam nostre de[clarationis], ordinationis, voluntatis et mandati infringere vel ei ausu[a] temerario contraire. Si quis autem [hoc] attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, kalendis aprilis pontificatus nostri anno tertio[2].

Sic signati Fra[b]. F‹ranciscus› de Montepoliciano.

---

[2] *1413 April 1.*

---

[a] ausu *Paris 14457* ausui
[b] *gemeint ist wohl* signata et f(ac)ta

## 197. (ME 40)

***Reg. Lat.* *$$$* (nicht in RL 147); (nicht in RV 341-347); *PL 647*, fol. 116r (hier Grundlage); *VL 3884*, fol. 63r-63v; *Firenze 103*, fol. 13v (nicht kollationiert).**

QUOD AUDITORES ET CAPELLANI SEDIS APOSTOLICE IN P(RESE)NTARE/PRESENTATIONE? D...E PREFERENTUR ALIIS ETIAM HABENTIBUS PREROGATIVAS[a].

1 Iohannes episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Rationi
2 congruit et convenit[b] honestati, ut ea, que de Romani pontificis providentia processerunt,
3 licet eius superveniente obitum littere apostolice super illis confecte non fuerunt, suum
4 consequatur effectum. Dudum siquidem felicis recordationis Alexander papa V[c] predecessor noster
5 attenta consideratione premeditans valde absurdum fore apostolice sedis capellanos
6 et causarum Palatii apostolici auditores litium anfractibus involvi, motu proprio non ad
7 alicuius sibi super[d] hoc oblate petitionis instantiam, sed de sua mera liberalitate
8 videlicet nonis iulii pontificatus sui anno primo[1] voluit ac predictis[e] capellanis et
9 auditoribus presentibus et futuris eorumque successoribus nec non ipsorum loco positis
10 et ponendis in perpetuum auctoritate apostolica concessit, quod nullus concurrens cum ipsis seu
11 eorum aliquo[f] in data gratie cuiuslibet ipsorum a sede predicta[g] concesse et in posterum
12 concedende pretextu cuiusvis preventionis seu presentationis litterarum a maiorum?[h] forsan

---

[1] *1409 Juli 7.*

13 diligentie citra?[i] prosecutionem huiusmodi gratie facte ipsis in assecutione beneficiorum,

14 que expectabant seu expectarent et que vigore litterarum apostolicarum ipsis

15 concessarum alias infra[j] tempus legitimum acceptarent pro tempore orde?[k], quibus sibi

16 facerent provideri, dummodo[l] talis etiam[m] in gradu maior vel equalis non existeret,

17 possit seu deberet anteferri quoquo modo, ac decrevit ex tunc irritum et inane,

18 quidquid in contrarium a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit

19 attemptari, ne autem pro eo, quod dicti predecessoris superveniente obitu littere apostolice

20 super voluntate et concessione huiusmodi confecte non fuerunt, de voluntate

21 et concessione earundem viribus[n] valeat in posterum hesitari, volumus et

22 auctoritate predicta decernimus, quod voluntas et concessio predicte perinde a dicta

23 die videlicet nonis iulii suum sortiantur effectum, ac si super eis[o] eiusque prede-

24 cessoris littere sub ipsius diei data confecte fuissent, prout superius

25 enarratur, quodque presentes littere ad probandum plene voluntatis et concessionis

26 antedictas ubique sufficiant nec ad id probationis aliud adminiculum requiratur. Nulli ergo etc. voluntatis et constitutionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Bononie, VIII kalendas iunii pontificatus nostri anno primo[2].

---

[2] *1410 Mai 25.*

---

[a] Quod - prerogativas *PL 647*
[b] et convenit *fehlt VL 3884*
[c] V *VL 3884* quintus
[d] super *VL 3884* ad
[e] *VL 3884 folgt* suis
[f] *VL 3884 folgt* seu
[g] predicta *VL 3884* apostolica
[h] a maiorum *VL 3884* maioris
[i] citra *VL 3884* eius
[j] infra *fehlt VL 3884*
[k] pro tempore orde? *VL 3884* ut priorum temporum et
[l] dummodo *VL 3884* dum
[m] etiam *VL 3884* eis
[n] viribus *VL 3884* iuribus
[o] eis *fehlt VL 3884*

## **198.** (= ME 33)

***VL 2665**, fol. 103v-104r.*

Universis et singulis presentes litteras inspecturis Iohannes miseratione divina episcopus Ostiensis sancte Romane ecclesie cardinalis et vicecancellarius salutem in Domino.

Sempiternam, quia rationi congruit et etiam convenit equitati testimonium perhibere veritati, ad universitatis vestre notitiam deducimus per presentes, quod dudum felicis recordationis dominus Alexander papa quintus, nonis iulii pontificatus sui anno primo[1], et subsequenter sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Iohannes divina providentia papa XXIII in crastinum sue assumptionis, videlicet VII kalendas iunii anno domini MCCCC decimo[2], certas fecerunt constitutiones ac reservationes, quas in libro constitutionum Cancellarie conscribi et annotari voluerunt easque suis temporibus dumtaxat observari, et inter ceteras fecerunt reservationes similes illis, que in constitutione domini Benedicti XII, que incipit „Ad regimen“[3] continentur, cuius quidem constitutionis tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis[a4].

---

[1] *1409 Juli 7; vgl. Alexander V. Nr. 11.*
[2] *1410 Mai 26; vgl. oben Nr. 1.*
[3] *Benedikt XII. Nr. 35B.*
[4] *Es folgt Benedikt XII. Nr. 35B.*

---

[a] *Layoutendnote*

## **199.** (ME 36)

***RL 147**, fol. 139r-139v (kollationiert Okt. 2015); **Teildruck:** Hofmann, Forschungen 2 S. 3 Nr. 12.*

Iohannes etc. Ad futuram rei memoriam. Intenta super salutis operibus apostolice sedis benignitas circumspecta indulta sibi desuper de plenitudine potestatis nonnumquam ad importunam instantiam concessa per eam revocat et annullat seu alias circa illa suadente utilitate publica disponit et ordinat, prout rerum ingruentium qualitate prefata id conspicit rationabiliter expedire. Cum itaque nos hactenus petentium quorundam importunitate devicti nonnullis ex dilectis filiis litterarum apostolicarum scriptoribus, qui, sicut fidedigna relatione didicimus, causa recreationis aut aliis pro suis peragendis negotiis a Romana curia se absenta‹ve›runt prout absentant et emolument(is) officii scriptorie litterarum earundem in huiusmodi eorum absentia, quandoque etiam ad non modicum tempus uti et gaudere possint, duxerimus indulgendum ipsique scriptores ad modum sic inhonesta lucra querentes et aliorum iactura dicari satagentes eiusdem indulti pretextu emolumenta predicta in huiusmodi eorum absentia, quamvis nostris aut sedis apostolice non insistant obsequiis, extorquere illaque sibi usurpare presumant in aliorum ipsarum litterarum scriptorum presentium ac pondus diei et estus sustinentium preiudicium non modicum et gravamen. Nos attendentes sic indigentes subditos relevari debere, quod relevatorum subsidium aliis non pariat detrimentum, idque sollicite nitandum? fore, quod ex cupiditatis radice ortum

habuisse conscpicitur, ac ex hiis et aliis causis, que ad id rationabiliter nos inducunt in premissis, ne trahantur in consequentiam, opportune providere volentes presentis constitutionis edicto omnia et singula indulta huiusmodi eisdem scriptoribus absentibus per nos seu de mandato nostro sub quibuscumque colore, modo, forma vel expressione verborum hactenus concessa auctoritate apostolica tenore presentium revocamus, cassamus et irritamus nulliusque esse volumus roboris vel momenti. Ac insuper statuimus et auctoritate predicta ordinamus, quod de cetero nullus scriptorum eorundem in eius a predicta curia absentia vigore seu alicuius indulti pretextu sibi, ut prefertur, concessi vel in antea concedendi, nisi pro nostris et Romane ecclesie negotiis per nostras litteras specialis nuntius existeret destinatus et sibi, quod huiusmodi nuntiatione in parte vel in toto durante emolumenta ex dicto officio haberet, ac si in curia predicta presens esset, per alias nostras litteras facientes de presentibus plenam et expressam ac de verbo ad verbum mentionem foret specialiter concessum emolumentis huiusmodi uti seu gaudere possit aut debeat quoquo modo, quodque scriptores seu officiales litterarum predictarum ad solvendum huiusmodi emolumenta prefatis scriptoribus a curia absentibus predicta nequeant compelli, decernentes ex nunc quecumque mandata sub excommunicationum et aliis sententiis ac penis de huiusmodi emolumentis quibuscumque scriptoribus in absentia a dicta curia solvendis per nos seu de mandato nostro forsan facta et in antea facienda et quecumque alia, que contra presentium tenorem attemptari contigerit, irrita et inania ac nullius roboris vel momenti. Nulli ergo etc. nostre cassationis, revocationis, irritationis, voluntatis, constitutionis et ordinationis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Bononie, quinto kalendas aprilis anno primo[1]. Stephanus, pro officio scriptorum litterarum apostolicarum, de Prato[2].

[1] *1411 März 28.*
[2] *Stephanus de Prato.*

## **200.** (=ME 34)

***RL 147**, fol. 139v (kollationiert Okt. 2015); **Regest:** Hofmann, Forschungen 2 S. 3 Nr. 10.*

Iohannes etc. Ad perpetuam rei memoriam. Etsi ex debito pastoralis officii nobis iniuncti cunctis per sedem apostolicam concessa privilegia conservare debeamus, ad illorum tamen, qui dicte sedis officialibus et nostris familiaribus per Romanos pontifices predecessores nostros gratiose sunt concessa, conservationem et concessionem tanto magis favorabiles et benignos reddere nos convenit, quanto ipsos, qui nostris et dicte sedis obsequiis insistunt indefesse, plus diligimus favore prosequi gratie specialis. Hinc est, quod nos dictorum predecessorum vestigiis inherentes omnia et singula privilegia, immunitates, exemp-

tiones, indulta, prerogativas et libertates dilectis filiis scriptoribus litterarum apostolicarum, qui nostri et Romanorum pontificum existentium pro tempore familiares et dicte sedis officiales existunt et officio scriptorie litterarum apostolicarum per eosdem predecessores Romanos pontifices in genere vel in specie sub quacumque verborum forma concessa rata et grata habentes, illa auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus ipsaque eisdem scriptoribus et officio de novo concedimus eadem auctoritate de gratia speciali, volentes pariter et ordinantes, quod singulis eisdem scriptoribus vigore presentium littere apostolice sub singulis privilegiis, immunitatibus et exemptionibus, indultis, prerogativis et libertatibus huiusmodi in forma, qua eis per predecessores predictos concesse fuerunt, per Cancellariam apostolicam concedantur. Nulli ergo etc. nostre confirmationis et communionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Bononie, quinto kalendas aprilis anno primo[1]. Stephanus, pro officio ‹scriptorum› litterarum apostolicarum, de Prato[2].

---

[1] *1411 März 28.*
[2] *Stephanus de Prato.*

## 201. (= ME 35)

***RL 147**, fol. 139v-140r (kollationiert Okt. 2015); **Regest:** Hofmann, Forschungen 2 S. 3 Nr. 11.*

Iohannes etc. Ad perpetuam rei memoriam. Inter cetera, que superna dispositione nobis imminent peragenda, ad ea libenter intendimus, per que officiales et familiares sedis apostolice et nostri videlicet litterarum apostolicarum scriptores ad numerum olim de scriptoribus ipsis auctoritate apostolica statutum reducantur. Dudum siquidem sedes apostolica pro utili regimine officii scriptorum litterarum predictarum salubriter statuit et ordinavit centenarium numerum scriptorum litterarum earundem in perpetuum duraturum, qui ex post per sancte memorie Romanos pontifices predecessores nostros usque ad scisma proh dolor ultimate in Dei ecclesia vigens exstitit observatus, uno scriptore dumtaxat per felicis recordationis Urbanum papam V etiam predecessorem nostrum consortio dictorum scriptorum ultra dictum numerum aggregato. Cum autem proh dolor adveniente scismate scriptores litterarum earundem, qui sub duorum contendentium de papatu divisi extiterunt, prefato fuerunt numero duplicato augmentati ac perditionis alumnis Petro de Luna, qui Benedictus XIII, et Angelo Corario, qui Gregorius XII in suo obedientiis nominabantur, de papatu contendentibus per sententiam diffinitivam in generali concilio novissime Pisis celebrato latam notoriis scismaticis et pertinacibus hereticis declaratis ac sancte memorie Alexandro papa V etiam predecessore nostro ad summi apostolatus apicem assumpto in

huiusmodi numero duplicato remanserint et sint de presenti contra statutum, ordinationem et observationem antedictas, nos vestigiis predecessorum, qui ante scisma predictum fuerunt, inherentes ac cupientes huiusmodi statutum et ordinationem centenarii numeri scriptorum litterarum earundem in futurum observari volumus et auctoritate apostolica decernimus et etiam ordinamus, quod officiis sive locis scriptorie dictarum litterarum quorumlibet ex scriptoribus litterarum earundem per promotionem etiam per sedem apostolicam factam vel faciendam aut munus consecrationis impensum vel impendendum eisdem seu per lapsum temporis de consecrandis episcopis a canonibus diffiniti vel per obitum seu factum aut contractum matrimonii vel per permutationem ab ipsis officiis sive locis per eandem sedem factam vel faciendam seu alias quovis modo preterquam per liberas resignationes ipsorum scriptorum vacantibus nunc vel in antea vacaturis nullus auctoritate litterarum sedis predicte vel legatorum eius, quorumcumque tenorum existant, in scriptorem litterarum huiusmodi, quousque ad predictum centenarium predictum numerum sit deventum, recipi seu admitti possit aut valeat quoquo modo, sed officia aut loca huiusmodi omnino sint suppressa et extincta ipso facto quodque huiusmodi centenarius scriptorum predictorum numerus, quamprimum ad ipsum deventum fuerit, perpetuis futuris temporibus observetur. Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo etc. nostre voluntatis, constitutionis et ordinationis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Bononie, quinto kalendas aprilis anno primo[1]. Stephanus pro officio scriptorum litterarum apostolicarum de Prato[2].

---

[1] *1411 März 28.*
[2] *Stephanus de Prato.*

## **202.** (ME 38)

***RV 342 Rubr.**, fol. 6v; **RV 342**, fol. 96r-97v; **Regest:** Urkunden und Regesten zur Geschichte der Rheinlande 7 S. 339 Nr. 847.*

RESERVATIO FRUCTUUM PRIMI ANNI BENEFICIORUM VACANTIUM ETC.[a]

Iohannes etc. Ad futuram rei memoriam. In curis officii pastoralis cor nostrum vehementer eventibus nil magis cotidianam nobis reddit instantiam in ecclesiarum et monasteriorum, prelatorum et ecclesiasticarum personarum ac bonorum et quorumlibet nobis et Romane ecclesie tam spiritualiter quam temporaliter sub rectorum sollicitudine onerosam quam, quod oportet, interdum necessitate temporis requirente ac publice nonnumquam utilitatis

opportunitate poscente eosdem nobiscum in supportatione communis sarcine fatigari. Si enim esset in rerum natura possibile, quod universum corpus a capite sine membrorum suffragio regeretur, potissimum nobis in vota nostra veniret, quod communes labores sic pro universali portaremus ecclesia, ut particularia scilicet ecclesias, monasteria, personas, res et bona huiusmodi nullo vexationum ingruentium participio gravaremus, si de frequenti turbatione nostre in commodo ceteris nonnisi otiose pacis commoda provenirent. Verum, qui possibilitate nobis data non sufficit, aliorum umerorum cogimur supportationis invocare suffragium, ne defectus virium, sine quibus efficax esse nequit suscepti laboris instantia, periculo viam paret et damnosa exinde nocumenta consurgant, videlicet enim quod cum amaritudine recensemus, christifideles provincias, civitates et terras ad nos et prefatam ecclesiam Romanam spectantes passim invasas, occupatas et tirannica malignitate detentas cum subditis ac bellorum turbinibus et guerrarum angustis lacerari in animarum, corporum et substantiarum periculum et dispendium singulare et nonnullos a grege dominico devios et oberrantes pro pace ac salute omnium reducendos, ut Deo cooperante fiat ovile unum et pastor unus, ac cupientes circa premissorum recuperationem ac reductionem et alia votive unionis effectum in grege dominico paritura salubriter providere et attendentes, postquam divina clementia nos ad apicem summi apostolatus evehexit, apostolicam Cameram ob pestiferum ac diuturnum schiscma nutritum dudum per contendentes damnabiliter de papatu et guerrarum turbines exhaustam fuisse ac esse substantiis et ad proferenda onera pro executione dictorum nulla ratione sufficere, nisi aliorum suffragio suscipiat adiumentum. Hinc est, quod nos premissorum intuitu et ex certis rationabilibus causis animum nostrum moventibus ad instar felicis recordationis Urbani V[1] et Gregorii XI[2] predecessorum nostrorum Romanorum pontificum fructus, redditus et proventus primi anni vacationis quorumcumque prioratuum, dignitatum, personatuum, administrationum, officiorum, canonicatuum et prebendarum, parochialium et aliarum ecclesiarum ceterorumque beneficiorum ecclesiasticorum, cuiuscumque conditionis existent, exemptorum et non exemptorum secularium et regularium cum cura et sine cura in quibuscumque mundi partibus consistentium apud sedem apostolicam et alibi, ubilibet per obitum vel ex facto quarumcumque personarum vel alias quovis modo vel qualitercumque, etiamsi per liberam ipsorum beneficiorum ex causa permutationis resignationes de illis faciende nunc et antea vacantium et in posterum vacaturorum et etiam illorum, qui per quoscumque beneficia ecclesiastica ad cuiuscumque seu quorumcumque collationem provisionem, presentatio-

[1] = *Urban V. Nr. 60.*
[2] = *Gregor XI. Nr. 94, 98, 101 und 105.*

nem, electionem seu quamvis aliam dispositionem per nostras litteras etiam in pauperum clericorum beneficiandorum forma expecabunt, acceptare et de illis sibi et illorum etiam ad que aliquos per eos presentari, eligi vel in eis institui, nec non illorum, de quibus acceptationes, provisiones, collationes, institutiones apostolica vel ordinaria aut alia quavis auctoritate quibusvis factas vel faciendas per nos confirmari aut eis de ipsis beneficiis provideri contingeret, et etiam illorum, super quibus confirmatio vel nova provisio eadem auctoritate apostolica non fuerint subsecute nec subsequerentur in posterum, ac eorum, in quibus quibusvis personis vigore litterarum nostrarum aut aliorum quorumcumque ius forsan tribueretur, nec non ipsorum, qui forsan per aliquem predecessorum nostrorum Romanorum pontificum seu Urbanum VI, Clementem VI‹I›, Bonifatium VIII‹I›, Benedictum XIII alias Petrum de Luna, Innocentium VII et Gregorium XII alias Angelum Corario vel quibusvis metropolitanis, cathedralibus, collegiatis, patriarchalibus aut aliis ecclesiis, monasteriis, prioratibus, dignitatibus, personatibus officiis, canonicatibus et prebendis aut aliis beneficiis ecclesiasticis secularibus et regularibus aut conventuique loco vel ordini unita ex nunc vel forsan per nos auctoritate nostra uniri, cum per cessum vel decessum illa obtinentium aut alias quovis modo ad huiusmodi ecclesias, monasteria, prioratus, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus et prebendas aut beneficia, loca vel ordinem devenire contingeret, levandos et percipiendos ac pro supportatione onerum predictorum Camere apostolice modis infrascriptis solvendos auctoritate apostolica reservamus et etiam applicamus, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus ecclesiarum et monasteriorum, in quibus prioratus, dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus et prebende aut beneficia huiusmodi forent, contrariis iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis aut si fructus, redditus et proventus huiusmodi primi anni ex privilegio apostolice sedis vel alias de iure, consuetudine seu statuto alicui vel aliquibus pertinerent sive ad fabricam ecclesiarum, monasteriorum seu locorum quorumlibet quavis auctoritate concesse forent seu etiam deputati aut medio tempore concedi contingeret vel etiam deputari. Volumus autem, quod dicta Camera vel illi, qui per eam ad recollectionem fructuum, reddituum et proventuum huiusmodi essent deputati, non omnes intregros fructus, redditus et proventus dicti primi anni, sed eorum partem illam videlicet, pro qua fructus, redditus et proventus uniuscumque beneficiorum ipsorum taxati forent ad decimam, vel residuum fructuum, reddituum et proventuum eorundem, super quo eisdem Camere vel deputandis ab ea relinquimus optionem, vel medietatem huiusmodi fructuum, reddituum et proventuum beneficii cuiuslibet, qui taxati forsan non essent ad decimam, exigerent et reciperent, alia parte seu residuo fructuum, reddituum et

proventuum predictorum huiusmodi beneficia obtinentibus pro debitis, exhibendis servitiis et aliis eorum supportandis oneribus remanente, ita videlicet quod, si quomodolibet bis aut pluries eodem anno vacare contingat, non nisi semel fructus, redditus et proventus illius iuxta modum predictum recipiantur. Ceterum volumus et auctoritate predicta declaramus, quod reservatio et applicatio huiusmodi ad beneficia, quorum fructus, redditus et proventus annuum valorem XXIIII florenorum auri de eadem Camera sine deductione aliquorum onerum seu etiam expensarum annuatim non excederint, seu ad vicarias aut capellanias ut plurimum a decentibus secundum morem diversarum ecclesiarum institutas ad missas pro ipsis decedentibus celebrandas certis constitutis redditibus presbiteris inibi celebrantibus vel alias in diurnis et nocturnis canonicis horis in eisdem ecclesiis interessentibus sive cotidianas distributiones quarumlibet ecclesiarum sive anniversaria vel obventiones, que sunt vel erunt ad certum quid deputata, nisi ad illa vel illas, que in illis, qui sunt in civitate et loco presentes, consuevissent quamvis horis non interessent antedictis elargiri nullatenus extenderentur. Illi vero, quibus fructus, redditus et proventus anni primi beneficiorum huiusmodi debebuntur de iure, privilegio, statuto vel consuetudine anno eiusdem primum annum immediate sequente eos perciperent illis modis, sicut ipsos eodem primo anno percepissent, si nostre huiusmodi reservatio et applicatio non obstitissent, in contrarium facien(tibus) non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo etc. nostre reservationis, applicationis, voluntatis, declarationis et constitutionis etc. Si quis etc. Datum Bononie[3], XV kalendas augusti anno primo[4].

De curia.

Io‹hannes› de Esculo[5].

Io. de Prato[6].

Collation‹ata per› H‹ermannum› de Ratingen[7].

---

[3] *Bologna, Emilia-Romagna, Italien.*
[4] *1410 Juli 18.*
[5] *Johannes de Trevianis de Esculo.*
[6] *Jo. de Prato.*
[7] *Hermannus Kokenbecker de Ratingen.*

---

[a] Reservatio - etc. *RV 342*

## **203.** (= ME 39)

***RV 345 Rubr****. fol. 3r;* ***RV 345****, fol. 45v-46v.*

DECLARATIO PREROGATIVARUM MAGISTRORUM ET DOCTORUM UNIVERSITATIS PARISIENSIS.

Iohannes etc.[a] Universis et singulis, ad quos presentes littere nostre pervenerint, salutem etc. Apostolice sedis providentia circumspecta ad succidendas ambiguitates quaslibet, que super concessionibus gratiarum per sedem eandem factarum in aliquorum mentibus possent forsitan causari, dilucidat et declarat, prout in Domino conspicit, salubriter expedire. Dudum siquidem ex certis rationabilibus causis animum nostrum moventibus in favorem dilectorum filiorum rectoris et universitatis Parisiensis studii ac suppositorum eorundem super gratiis expectativis inter ceteras gratias et prerogativas per nos eisdem et specialiter pro doctoribus et magistris in rotulo dicte universitatis per nos signato hactenus contentis et per universitatem ipsam pro presentibus reputatis concessas gratias ac prerogativas concessimus in hec verba videlicet: *es folgt HO 3(2) = Nr. 75*. Cum autem, sicut accepimus, nonnulli dicantur afferre gratias prerogativas prefatas dumtaxat gallicos et non alias nationes de universitate prefata et beneficia intra regnum Francie situata comprehendere, nos scrupulum[b] dubitationis cuiuspiam, que super premissis ac dependentibus posset contingere vel quomodolibet causari protenus, submovere volentes universitati vestre et vestrum singulis notum facimus per presentes et etiam declaramus nostre intentionis fuisse et esse gratias et prerogativas supradictas et quascumque alias doctoribus et magistris huiusmodi et aliis in rotulo predicto descriptis per nos hactenus sub predicta vel alterius diei data concessas debuisse et debere quoscumque doctores et magistros in prefato rotulo universitatis Parisiensis prefate contentos, sive Italici, Gallici, Theotonici, Alamanni, Anglici, Scoti, Flamingi, Hollandini, Brabantini, Leodinenses aut alterius cuiuscumque nationis existant, et per universitatem ipsam pro presentibus reputatos undecumque oriundos et beneficia tam intra Francie quam alia quecumque regna dominia et partes situata, ad que huiusmodi gratie expectative per nos ipsis doctoribus et magistris ac aliis in dicto rotulo denotatis concesse se possent extendere, comprehendisse ac comprehendere ac uti et gaudere potuisse ac posse privilegiis et prerogativis predictis doctoribus et magistris aliis in dictis privilegiis et prerogativis comprehensis, ut prefertur, per nos concessis perinde, ac si de nationum et earum aut doctorum et magistrorum ipsorum propriis nominibus et cognominibus nec non beneficiis huiusmodi plena et expressa in gratiis et prerogativis huiusmodi predictis facta fuisset mentio specialis, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Per predicta autem vel aliquod eorum nullum intendit idem dominus noster aut vult preiudicium fieri seu in aliquo generari hiis, qui vigore gratiarum suarum fuissent aliqua beneficia assecuti et illa hodie pacifice possiderent, ad quos presentem declarationem pro ipsis doctoribus et magistris de provinciis et nationibus

prefatis factam intendimus in aliquo non extendi. Datum Rome apud Sanctum Petrum, III idus martii pontificatus nostri anno tertio[1].

Coll‹ationata› per me P‹etrum› de Trilhia[2].

N‹icolaus› Volrat[3].

[1] *1413 März 13.*
[2] *Petrus de Trilhia*
[3] *Nicolaus Volrat.*

[a] *RV 345 am Kopf auf dem linken Rand* F. de Montepol. *(= Franciscus de Montepoliciano) und am rechten* Gratis de mandato domini nostri pape
[b] scrupulum *RV 345* scrupulam

## 204.

***Arm. 4**, fol. 62r.*

RECESSUS DOMINORUM CARDINALIUM.

**ME 32**. Die penultima mensis maii ‹anno quarto›[1] reverendissimi in Christo patres domini cardinales infrascripti a Romana Curia se absentarunt videlicet

Antonius cardinalis de Challant legatus ad Angliam et Scotiam,

Io‹hannes› Ostiensis vicecancellarius,

Petrus cardinalis de Podio summus penitentiarius[a].

[1] *(1414) Mai 30.*

[a] *Layoutendnote*

## 205.

***Diversa Cameralia 3**, fol. 10 (nicht kollationiert).*

Johannes XXIII. recessit de Bononia et applicuit Constantiam die 28 octobris (1414).

## 206.

*Diversa Cameralia 3, fol. 23v (nicht kollationiert).*

Johannes aufugit de Constantia e ivit Schaffhuse.

## 207.

*Diversa Cameralia 3, fol. 23v (nicht kollationiert).*

Johannes XXIII in concilio Constantiense depositus fuit.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl